

- S. EUCHER. 66. Verbum Dei qui non credit, non intelligit. In *Epist. parenetica ad Valerian.*
- GILBERT. ANGLUS. 67. Verbum Dei lucet et ardet. *Serm. 24, super Cant.*, apud D. Bernard.
- GLOSS. INT. 68. Aliquando blande loquitur Deus, ut ametur: aliquando terribiliter, ut timeatur. Super *Job*, cap. xxxviii.
69. De verbis Domini humano sensu argumentari, sacrilegium est. Super *Hierem.*, cap. 31.
- GLOSS. ORD. 70. Via Domini ad cor dirigitur, cum sermo ejus diligenter auditur. Super *Matth.*, cap. 3, in illud: *Viam Domini*, etc.
- S. GREGOR. MAGNUS. 71. Tunc verba Dei mens vivacius penetrat, cum ad semittere secularium curarum tumultus recusat. Lib. 23 *Moral.*, cap. 12.
72. Cibus mentis, est sermo Dei. Homil. 15. super *Evang.*
73. Slude quasso, et quotidie Creatoris tui verba meditare: disce cor Dei in verbis Dei, ut ardentius ad eterna suspires, et mens tua ad coelestia regna majoribus desideris accendatur. Lib. 4, in *Registro*, indict. 13, cap. 84, epist. 40, ad *Theodor.*
- S. GREGOR. NAZ. 74. Quod in corpore cibus, hoc in anima est verbum Dei. Orat. 16, ad *subditos.*
75. Famem auditione verbi Domini pati, miserimum est. Orat. 22.
- S. GREGOR. NYSS. 76. Homo cum sit particeps rationis, vero nutritur verbo. Homil. 5, super *Cant.*
- S. HIERON. 77. Optima ornamenta sunt aurium verba Dei: ad ea sola paratus esse debet auditus, eaque pretiosissimis lapidibus anteferre. Epist. ad *Deme-triad.*
78. Dei verbum vita est, et nos aliter vivendo, quam vita est, verbum Dei facimus obscurum. Epist. 29, ad *Thersiam, de vera circumcis.*
79. Animus secularium sollicitudinum plenus illecebris, verbum non potest sustinere divinum, nisi prius ipsas mundi sollicitudines evangelicae in se false succiderit. Epist. 37, ad *Pammach. et Ocean.*
80. Christiani debent verbo Dei plus obedire, quam diabolo. *Ibid.*
81. Sic dulciana palato eloquia Domini sunt, ut nunquam degustata fastidiant. In *Regula monachor.*, cap. 37.
82. Omnes verbum Dei jubentur audire, ut inusque pro suo modulo et sensu intelligat quid Dominus precipiat. Lib. 2, super *Ezech.*, cap. 6.
83. Pinguissimus sermo divinus est, omnes habet in se delicias: quidquid volueris, ex sermone divino nascitur. Super *Psal.* cxlvii, vers. 3: *Et adipe framenti satiat te.*
84. Sine Dei verbo justitia omnis intuta est.

Super *Epist. ad Ephes.*, cap. 6, in illud: *Quod est verbum Dei.*

85. Verba Dei cibus dicuntur: quoniam sicut cibus corporalis carnem reficit, ita verbum Dei mentem nascit. Super *Psal.* cxviii, cap. 78.

86. Verbum Dei cibus et lumen anime est. Lumen, quo clarescit ad cognitionem veritatis; cibus quo pinguescit et hilarescit ad amorem bonitatis. Lib. 1, *Miscellan.*, codic. 4, tit. 122.

87. Scientia verbi Dei amittitur, dum nimis ad temporalia intenditur. Super *Gen.*, cap. 37.

88. Verbum Dei tribuit agris medicinam, caecis lumen, famelicis panem, sitibundis vinum, in-frigidatis ignem, impugnatibus clypeum, desolatis consolationem. Super *Psal.* lvi.

89. Frigidissimus est, quem ignis divini eloquii non incendit. Super *Hierem.*, cap. 23.

90. Eloquium Domini masticatum per meditationem, decoctum per amorem, conversum in sanguinem per penitentiam et compunctionis amaritudinem, omnia membra vivificat. Super *II Thess.*, cap. 3.

91. Divina eloquia similia sunt thesauro et fonti largis perennibusque scaturientibus fluentis: magna est hujus thesauri abundantia, et larga fontis hujus ubertas. Homil. 3, sup. *Genes.*

92. Sicut medicina languenti corpori, sic verbum Dei prodest animae egrotanti. Homil. 8, super *Matth. oper. imperf.*

93. Omnia verba divina, quamvis rustica sint et incomposita, viva sunt. *Ibid.*, homil. 46.

94. Omnibus brutis est rationis expertior, qui loquentem Deum audire designatur. *Prosec.*

95. Deo placere hominis est: si Deo placere hominis est, qui Deum loquentem audire negligit, quamam ratione id assequatur? in profecto nihil differt a bellua.

96. Considera quam turpe, quam scelestum sit: cum Christus nos ex hominibus Angelos fieri velit verbo suo, ex hominibus in belluas sponte nostra mutari. Homil. 1, super *Joan.*

97. Fames gravis, fames non audiendi verbum Domini. Homil. 25, super *Acta Apost.*

98. Nihil pulchrius, nihil suavius anima, quae verbo Dei pascitur: omni superior est morbo, omni fame, omni intemperie, et egritudine. *Ibid.*

99. Quemadmodum non prodest cibus, nisi cum fuerit masticatus, et in stomachum descendit: sic non proficit ad salutem verbum Dei, nisi cum fuerit intellectus et memorie traditum. *Prosec.*

100. Nam sicut cibus nihil prodest, si manducaverimus et iterum evomimus eum de stomacho:

HUGO A. VICTORS.

HUGOCAR.

S. JOHANNES CHRYSOST.

S. BACHAN. EGYPT. SEN. S. NILUS. ORIGENES.

S. PAULINUS

S. PETRUS DAMIANUS.

PHILO JUD.

sic nihil nobis prodest verbum Dei, quod audimus, et obliviscimur illud.

101. Cibus qui in stomacho stat, ille confortat: et sermo qui in memoria manet, ille salvat. Homil. 41 super *Matth. oper. imperf.*

102. Verbum Dei quasi sanguis veritas est, quae vivificat verbum: omne enim verbum, quod non habet in se veritatem Dei, mortuum est, quemadmodum sine sanguine corpus. *Ibid.*, homil. 46.

103. Quamvis divina eloquia in lectione arrogantibus sint aperta, in mysterio tamen clausa atque occulta sunt. *Prosec.*

104. Sermo Dei fidelibus lux fit, reprobis autem ac superbis quodammodo tenebrescit: et unde illi illuminantur, inde isti excecantur. Lib. 3, de *Sim. bono*, cap. 2, sent. 3 et 4.

105. Is, qui post susceptum verbum Dei peccat, efficitur et ipsum verbum Dei vermis, qui ejus semper conscientiam fodiat, et arcana peccatoris rotat. Super *Exod.*, cap. xxxii.

106. Caro Christi velamen est verbi, quo omnis, qui ipsum integre confitetur, induitur. Epistola 23, ad *Constantinopol.*

107. Verbum Dei, Deus est. Homil. 46.

108. Vinum roborat corpus, animam autem verbum Dei. *Parvens.* 17.

109. Si verbum Dei tota fide, tota devotione suscipias, fiet tibi ipsum verbum quodcumque desideras. *Prosec.*

110. Si tribularis, consolatur te: si letaris pro spe futura, cumulat tibi gaudia: si iracundus es, mitigat te: si in doloribus es, sanat te: si paupertate consumeris, adjuvat te.

111. Sic ergo manna verbi Dei, reddit in ore tuo saporem quodcumque volueris. Homilia 16, in cap. xv *Exodi.*

112. Sermo Dei, iniquorum mentes arguit, et corruptionum spiculis peccatorum conscientias torcebat. *Ibid.*

113. Anima germinat ex verbo Dei, et coelesti pluvia rigata germen producit ad messem. Homil. 16, in cap. xxvi *Levitic.*

114. Sicut cibus et delicias caro, ita spiritus verbi divini convalescit: nutrimenta igitur spiritus sunt, divina lectio, orationes assidue, sermo doctrina. *Ibid.*, homil. 9, in cap. xvi.

115. Amice cultura, Dei verbum est. Epist. 3, ad *Sever.*

116. Verba Domini quasi ignis sunt, quia frigus expellunt, calorem mentibus ingerunt: malum etiam sunt, quoniam obstinationis et pervicaciae duritiam molliunt. Opusc. 31, cap. 7.

117. Quid fulgidius Dei sermone aut radiantius? cujus participatione et aliae res caliginem actene-

bras excutimus, quae appetunt lucem animatum. Lib. 2, *legis allegor.*

118. Verbum prout erat in principio apud Deum, vivificat animas: secundum autem quod est caro factum, vivificat corpora. Part. 3, quest. 62, art. 5, in *prin.*

119. Verbum Dei est lumen vite, salus mundi, porta coeli, cibus anime, jucunditas cordis. In *doctrinali juven.*, cap. 1.

SENTENTIA PAGANORUM.

120. Semina in corporibus humanis divina dispersa sunt: quae si bonus cultor excipit, similia origini prodeunt: si malus, non alitur quam humus sterilis ac palustris necat, et deinde creat, purgamenta pro frugibus. Epist. 73.

121. Anima purificatur Dei verbo per sapientiam. *Sent.* 21.

122. Verbum de Deo, non omni homini committas. *Ibid.*, sent. 340.

123. Sermo verus de Deo, sermo Dei est. *Ibid.*, serm. 346.

124. Verbum de Deo parcius proferto: verbum enim de Deo reticere praestat magis, quam temere profere. *Ibid.*, sent. 350.

125. Sine Deo sunt hi, pro quibus verbum Dei maledicatur. *Ibid.*

126. Pasce animam tuam verbo Dei. *Ibid.*, sent. 399.

127. Anima ascendens ad Deum, per Dei verbum est. *Ibid.*, sent. 403.

128. Relinquens quae possides, sequere verbum Dei. *Ibid.*, sent. 255.

Vide etiam tit. *Fames*, sent. 28; *Fides*, sent. 81; *Meditatio*, sent. 65; *Prædicatio*, sent. 33, 248; *Securitas*, sent. 52; *Semen*, sent. 16.

VERBUM OTIOSUM.

Definitio. Otiosum verbum est, quod aut ratione justae necessitatis, aut intentione pia utilitatis caret. Lib. 7 *Mor.*, cap. 25.

Otiosum verbum est, quod sine utilitate, et loquentis dicitur, et audientis. Lib. 2, super *Matth.*, cap. 12, can. 40, num. 426.

Otiosum verbum est, si omissis feriis, de rebus frivolis loquamur, aut fabulas narremus. *Ibid.*

SENTENTIA PATRUM.

1. Grave malum, ut aliquis ore suo condemnetur: etenim si pro otioso verbo reddat unusquisque rationem, quanto magis pro verbo impuritate et turpitudinis. Lib. 4 *Offic.*, cap. 2.

2. Otiosum verbum est loqui opera hominum; qui enim verbum Dei loquitur, otiosum verbum non loquitur. *Prosec.*

3. Loqui enim opera hominum; otiosum ver-

S. THOMAS AQUINAS.

THOMAS A. KEMPIS.

SENECA.

SIXTUS PHILOSOPH.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. HIERON.

S. AMBROS.

hum est, nec solum otiosum, sed etiam periculosum. Super *Psalm.* cxviii. serm. 22, vers. 4.

4. Non mediocre periculum est, cum habeas tanta eloquia Dei; et Dei opera que fecit in *Genesis*, fecit in *Exodo*, fecit in *Leuitico*, *Deuteronomio*, *Jesu Nave*, *Judicium* libro, *Regum*, atque *Esdra* libris, fecit in *Evangelio*, in *Actibus Apostolorum*, illis prætermisistis; si loquaris otiosa, quas secum tibi. *Ibid.*

S. BASILIUS
MAGNUS.
V. BEDA.

6. Qui fabulis otiosis aurem libenter aperit, hanc animæ suæ portam mortis efficit. Lib. 2, super *Luce.*, cap. 7, in illud: *Qui viderit mulierem*, etc.

S. BERNARD.

7. Si futuram cogitas de verbis otiosis discussionem, non valde displicebit silentium. Epist. 4, ad *Robertum*.

8. Cum scierit et ex deliberatione in verba otiosa lingua laxatur, contra regulam usurpat veritatis; unde ratio reddenda est in futuro judicio, iudice ipso terrore admodum comminante. *De præcepto et dispens.*

9. Qui otiosum verbum non reprimat, ad noxia cito transit. *De inter. domo*, cap. 43.

10. Verbum otiosum, folium aridum est. Lib. de *Passione Domini*, cap. 25.

11. Quidquid loqueris, nisi intendas alicui prodesse, otiosum est. *Ibid.*

S. DONOV.

12. Qui loquitur verba otiosa, est sicut ulmus et alia arborea, que nullum fructum ferunt, sed folia tantum. Titul. 3 *Dieta*, cap. 5.

13. Custodi cor tuum ab evagatione, et os tuum ab otiosa locutione. In *Alphab. Religios.*, lect. 3.

14. Non affabilitas opportuna, sed loquacitas otiosa damnatur. In *Speculo discipl.*, part. 1, cap. 20.

S. FRANCIS.
ASSISIENSIS.

15. Væ illi Religioso, qui delectat se in verbis otiosis et vanis, et cum his homines perducit ad risum. In suis *Opus.*, in admonit., cap. 20.

S. GREGORIUS
MAGNUS.

16. Dum otiosa verba cævere negligimus, ad noxia pervenimus. Lib. 7 *Moral.*, cap. 17.

17. Ab otiosis ad noxia, a levioribus ad graviora verba sæpe ventur. Lib. 8, *Dialogi*, cap. 15.

18. Sicut pernicioſa verba admittere, ita etiam otiosa fornicandum est. Lib. 4 *Moral.*, cap. 2.

19. Sæpe dum ab otiosis verbis nequaquam lingua compescitur, ad temeritatem quoque stultitæ increpationibus effrenatur. *Ibid.*, lib. 7, cap. 17.

20. Dum moderari lingua otiosa verba negligit more inolitæ remissionis capta, audax ad noxia prorumpit. *Ibid.*, lib. 10, cap. 9, num. 14.

21. Si apud districtum iudicem otiosus sermo reprehenditur, quanto magis et noxius? *Ibid.*

22. Pensa quantum sit damnabilis, qui a maligna non vacat, si et ille sermo penalis est, qui bonitate utilitatis vacat. Lib. 3 *Dialogi*, cap. 15, verbo *Sic*.

23. Dum frequenter otiosa, nonnunquam vero, etiam quod est gravius, noxia loquimur: os nostrum Omnipotentî Deo tanto longinquum fit, quanto huic mundo propinquum. *Ibid.*

24. Famuli Dei a terrenis actionibus segregati, otiosa loqui nesciunt, et mentem per verba spargere atque inquinare devitant. *Ibid.*

25. Cum ingenti cautione debet loqui, cui non solum malus, sed etiam otiosus sermo vitandus est. Epist. 1, ad *Demetriad.*

26. Sermo otiosus serpens morum est. In *Regula monachor.*, cap. 39.

27. Otiosa sunt omnia, que sunt aut nociva, aut inhonesta, aut inutilia. *De inst. novit.*, cap. 13.

28. Quidquid præter necessitatem et utilitatem locutus fueris solum otiosum est, Super *Prolog. Regula S. Bened.*, cap. 2, text. 8.

29. Verba otiosa, que absque utilitatis et necessitatis causa profertur, absque peccato non sunt. In cap. 7, *Regul. S. Bened.* grad. 9.

30. Sicut falsitatis crimina, a proficientibus pertimescuntur: ita otiosa verba, a perfectis viris vitantur. Lib. 2, de *Sum. bono.*, cap. 29, sent. 4.

31. Sicut pro otioso verbo ratio exigitur, ita pro sermone injusto pena exolvitur. *Ibid.*

32. Nullus est homo absque peccato, nec quisquam potest de Dei securus esse iudicio, cum etiam et de otiosis verbis reddenda sit ratio. *Ibid.*, lib. 3, cap. 62, sent. 10.

33. Ab otioso sermone linguam compescere: qui enim otiosa verba non reprimat, ad noxia cito transit. Lib. 2, de *Synon.*, cap. 8.

34. Vere pretiosum et laudabile est, verbum nunquam proferre otiosum. Serm. 8, ad *fratr.*, divis. 4.

35. Bonus sermo suavis est ad audiendum, durus turba amicum, otiosus perdit temporis fructum. In *hortulo Rosar.*, cap. 5.

36. Otiosus et verbosus, raro compunctus est, raro a delicto purus. *Ibid.*, cap. 16, sect. 2.

37. Nemo credit levem esse culpam, quam tantopere celestis sententia districtioris impugnat, dicentes de otiosis verbis rationem esse reddendam. Homil. 6, de *Otiosis verb.*

38. Otiosa sunt semper instructiosa colloquia fecti rumoris expositi. *Ibid.*

39. Quis putandus est otiosus esse sermo, nisi

S. HIERON.

HUGO A. S.
VICTORIS.

JOAN.
TRAITE.

S. ISIDORUS
HISPAL.

S. ANDREAS.

THOMAS
A. KEMPIS.

S. VALER.
EPISCOPUS

ignarus rationis et nuntius falsitatis? qui studii est aut ridenda confingere, aut de incertis, quasi certa sentire? *Ibid.*

40. Otiosa verba sunt, figurata convicia, stultitia fatigatione composita, dulcibus (ut aliqui putant) sed multis acincta plagis, ac mortiferis insuper armata supplicis. *Ibid.*

41. Otiosus sermo satis otioso intrinsece auctore. *Ibid.*

42. Otiosæ voces injuriam incitant, et periculum audientibus parant. *Ibid.*

Vide etiam tit. *Reclera rat.*, sent. 14; *Tempus*, sent. 32; *Turpilogium*, sent. 5.

VERBI GENERATIO. Vide GENERATIO VERBI.

VERECUNDIA.

S. AUGUST. *Definitio.* Nihil est verecundia, nisi quidam displicentia metus. Epist. 52.

PLATO. Verecundia est timor ob ignominiam expectationem. *Syzygia* 6, de *Definit.*

S. GREGORIUS
NYSS. *Differentia.* Est differentia inter pudorem et verecundiam: verecundia est quidem intensus pudor, contra autem pudor, remissa verecundia.

Homil. 3, super *Eccelestasten.*

S. THOMAS
AQUINAS. Erubescencia et verecundia inter se differunt. Erubescencia, est timor de turpi fiando: sed verecundia est timor de turpi facto. 1, 2, quest. 41, art. 4.

SENTENTIA PATRUM.

S. ANDREAS. 1. Sicut in senibus gravitas, in juvenibus alacritas: ita in adolescentibus verecundia, velut quadam dote commendatur nature. Lib. 1 *Offic.*, cap. 17.

2. Pulchra virtus est verecundia, et suavis gratia, que non solum in factis, sed etiam in ipsis spectatur sermonibus, ne modum progreditur loquendi, ne quid indecorum sermo resonet. *Ibid.*, cap. 18.

3. Prima disciplina, verecundia est, imo etiam in omni usu loquendi. *Ibid.*

4. Maximus actus verecundia, silentium est. *Ibid.*

5. Est et in oculis verecundia, ut nec videre viros femina, nec videri velit. *Ibid.*

6. Est in ipso motu, gestu, incessu tenenda verecundia: habitus enim mentis, in corporis statu cernitur. *Ibid.*

7. Verecundia cum sit omnibus ætatibus, personis, temporibus, et locis apta, tamen adolescentibus, juvenilesque annos maxime docet. *Ibid.*, cap. 19.

8. Sicut artifex in materia commodiore melius operari solet, sic verecundia in ipso quoque corporis decore plus eminet. *Ibid.*, cap. 19.

9. Bonus est pudor, quem commendant silentia. In *exhort. ad Virgines.*

10. Magna Sanctis cura est verecundia; ut plerumque in ipsis pudor etiam volti sit. Lib. 1, super *Luce.*, cap. 4, in illud: *Concepit Elizabeth*, etc.

11. Verecundia dicta est, eo quod vere timeat: qui vero non timet, non erubescit. Serm. *Dom.* 44, post *Trinit.*

12. Quoniam verecundia magna est pena, qui erubescit pro Christo, fit dignus misericordia. *De vera et falsa poenit.*, cap. 10.

13. Verecundiam abiciens, omnes simul virtutes abiecit. In suis *Proverbiis*, verbo *Verecundiam*.

14. Mansuetudo pudoris, humilitas cordis, magnanimitas fidei, gratissima sane gemma in diademate, micans in capite stella, rubor in facie hominis verecundi. Serm. *B. M.*, de *Verbis Apocal.*

15. Quid tam proprium verecundia, quam proprias vitare laudes, vitare jactantiam? Serm. 86, super *Cent.*

16. Nescio an quidquam gratius verecundia ad verbi in moribus hominum queat, que est certe omnium ornatus ætatum, sed quod tenere gratia verecundia in teneri ætate amplius pulchritudine cunctat. *Ibid.*

17. Quia amabilius verecundo adolescente? quam pulchra, et quam splendida gemma morum est verecundia, in vita et vultu adolescentis, quam vera et minima dubia, bonæ nuntia spei, bonæ indolis index! *Ibid.*

18. Verecundia virga disciplina est adolescenti, qui pudendis affectibus imminens, lubricæ etatis motus actusque leves coeret, comprimique insolentes. *Ibid.*

19. Verecundia soror est continentia: nullum manifestis indicium est columbine simplicitatis, et ideo etiam testis innocentia. *Ibid.*

20. Verecundia lampas est pudice mentis, jugiter lucens ut nil in ea turpe vel indecorum residere attentet, quod non in illa illicite prodit. *Ibid.*

21. Verecundia expugnatrix malorum est, et propugnatrix puritatis innate, specialis gloria conscientia et fame custos, vite decus, virtutis sedes, virtutum primitia, nature laus, et insignis totius honesti. *Ibid.*

22. Genium animi bonum verecundia est, ut qui male agere non ventur, videri tamen verecundentur. *Ibid.*

23. Bona commendatio secuturæ orationis, si præmittas verecundiam. *Ibid.*

24. Optimum plane animæ decoramentum, GILBERT.

S. ANTONIUS
DE PADUA.

S. AUGUST.

V. BEDA.

S. BERNARD.

- verecundia est. *Serm. 23, super Cant.*, apud D. Bernard.
25. Verecundia quasi aurora quaedam omnium actuum colorat principia, et virgineo virtutes reliquias venustat pudore. *Ibid.*
26. Verecundia bona sua non petulantur jactat, sed parce loquitur. *Ibid.*
- S. GREGOR. MAGNUS. 27. Sicut verecundia landabilis est in malo, ita reprehensibilis est in bono: erubescere enim malum, sapientie est: bonum vero erubescere, faitutatis. *Homil. 10, super Eszech.*
28. Illud verum est apertae desperationis indicium, si verecundia non sequitur peccatum. In *Septem Psalm. Penitentiales*, super *Psalm. 1*, vers. 10.
29. Verecundus mos torpore indiscretionis inolevit. *Lib. 12, in Registr.*, indict. 7, in suis *Decretis*, verbo *Verecundus*.
- S. GREGOR. NAZ. 30. Pulcher flos est verecundia, ac ornamentum magnium capitique tegumentum egregium. *Orat. 27, ad Virgin.*
- S. GREGOR. NYS. 31. Pudor magis, quam timor sepe erudit ad prava fugienda. *Homil. 3, super Ecclesiasten.*
- S. HIERON. 32. Ornet prudentiam verecundia, et cunctas in te virtutes pudor superat. *Epist. 14, ad Celantiam.*
33. Impudentissimum est, ejus te verecundiam non sequi, cujus sequi testeteris exemplum. *Epist. 47, de Vitando suspecto contub.*
34. Mulier cum veste deponit et verecundiam. *Lib. 1, adversus Jovian.*
- HUGO CARD. 35. Durum est nescire erubescere, quando malum erubescendum est. *Super Hieron.*, cap. 6.
- S. JOANNES CHRYSOST. 36. Humans animus posteaquam verecundiae lines semel transire coactus est, in insolentiam dilabitur. *Lib. 2, de Sacerd.*
- S. ISID. HISP. 37. Porta semper verecundiam in vultu, porta pudorem in facie, pudore oculos tuos attollere erubescere. *Lib. 2, de Synon.*, cap. 5.
- RICHARD. A S. VICTORE. 38. Disce prius peccatum odisse et tunc illud incipies veraciter erubescere: si veraciter odis, erubescis. *Prose.*
39. Ille pudor vere esse cognoscitur, quem vitiatorum odium precedit et comitatur: alioquin si in peccato deprehenderit, et deprehensus pudore confunderis; non te credo erubescere culpam, sed infamiam.
40. Non enim verecundia talis descendit tam ab ipso peccato, quam de fame detrimento.
41. Si peccatum perfectè erubesceret, non tam facile committeretur. *Part. 1, de Benjamin minore*, cap. 46.
42. O vere laudabilis est verecundia, ubi et intus conscientia munda, et foris facies verecunda: nam ubi est aliquid, quo mens erubescat, non

adeo laudabile est, si conspectam faciem rubor perfundat. *Prose.*

43. Quia verecundia tanto est laudabilior, quanto conscientia gloriosior, tutior atque securior. *Lib. 3, super Cant.*, cap. 4, in illud: *Sicut fragmen mali punicæ, etc.*

SENTENTIE PAGANORUM.

44. Sine verecundia nihil rectum esse potest, nihil honestum. *Lib. 1, de Offic.*
45. Bonum in adolescente signum est verecundia. *Epist. 11.*
46. Gravissimis viris rubor subitus effunditur: magis quidem in juvenibus apparet, quibus plus calor est, et tenera frontis; nihilominus veteranos et senes etiam tangit. *Ibid.*
47. Nutriendus est pudor, qui quantum in animo duraverit, aliquis erit bonæ spei locus. *Epist. 25.*
48. Verecundia parens est omnis honesti consilii, tutela solemnium officiorum, magistra innocentie, chara proximis, accepta alienis: omni loco, omni tempore favorabilem præ se ferens vultum. *Lib. 4 Dictor. memorabil.*, cap. 5.
- Vide etiam tit. *Amicitia* in genere, sent. 395; *Confusio*, sent. 4; *Honestas*, sent. 9, 21; *Impudentia*, sent. 5; *Ingenium*, sent. 30; *Modestia*, sent. 43, 44; *Virginitas*, sent. 124; *Virtutum conexio* in specie, verbo *Verecundia*; *Uxor*, sent. 8.

VERITAS.

- Etyologia.* Veritas dicitur quasi vere ita est. *Veritas est idem quod vera entitas. Super Epist. 1 Joan.*, cap. 5.
- Definitio.* Veritas est relictio sola mente perceptibilis. *In Dialog. de Verit.*, cap. 12.
- Veritas est adequatio rei intellectæ ad intellectum. *Part. 4, tit. 5, de Justit.*, cap. 15.
- Veritas est id quod est. *De vera Relig.*, cap. 36.
- Veritas est summa similitudo principii, quæ sine ulla dissimilitudine est. *Ibid.*
- Quid est veritas, nisi menti conformis entitas? *Super Psalm. cxvii*, exposit. 2, cap. 10, art. 2, vers. 16.
- Veritas est veri scientia. *Lib. 2 Stromat.*
- Veritas est cum res ita est, ut dicitur. *Super Psalm. xiv.*
- Veritas est ejus quod vere est, firma intellectio. *De vita Moysi.*
- Veritas est per quam probabili ratione dictum aliquid, vel factum immutatum profertur. *De fract. carnis et spiritus*, cap. 43.
- Veritas est substantia, et lumen rationis. *Super Epist. ad Ephes.*, cap. 4.

- S. THOMAS AQUINAS. Verum est declarativum, aut manifestativum esse. *Part. 1 Summa*, quæst. 16, art. 1.
- Veritas uniuscujusque rei, est proprietas sui esse, quod stabilitum est ei. *Ibid.*
- CICERO. Veritas est, per quam non mutata ea quæ sunt, ante fuerunt, aut futura sunt, dicuntur. *Lib. 2, de Invent. Rhetor.*
- S. BONAV. *Divisio.* Triplex est veritas, veritas sermonum, veritas rerum, veritas morum. *De Reduct. artium ad Theolog.*
- HUGO CARD. Veritas triplex est: oris, cordis, operis. *Super Exod.*, cap. 18.
- Triplex est veritas; veritas vile, contra hypocritarum; veritas doctrinæ, contra hæresim; veritas justitiæ, contra acceptionem personarum. *Super Psalm. L.*
- PETRUS BLESENS. *Comparatio.* Sicut in suavi colloquio, non est suavitas admittenda: sic in duro rusticoque sermone, non est veritas aspernanda. *De charitate*, cap. 62.
- SENTENTIE PATRUM.
- S. ALBERTUS MAGNUS. 1. Veritas justa est, quando vere concordant mens, lingua, et opera: ut quod sentit quis in corde, hoc profert ore, et perficit opere. *De Paradiso anime*, part. 1, de *Virtutibus*, cap. 48.
2. Ad amorem veritatis inducere nos debet, quod Christus est veritas, et quia veritas semper in se amabilis est. *Ibid.*
- S. AMBROS. 3. Ubi Religio sanctorum, ibi fides veritatis est plenior. *Super Psalm. cxvii*, serm. 14, vers. 2.
4. Quidquid verum a quocunque dicitur, a sancto dicitur Spiritu. *Super 1 Cor. xii.*
- S. ANTONIUS ABBAS. 5. Adversarii virtutis, veritati semper insidiantur. *Epist. 2, ad Fratres.*
6. Abolita est veritas, et mendacium in terris prævaluit. *Ibid.*, serm. de *Vanitate mundi*.
- S. ANTONIUS DE PADOA. 7. Veritas nunquam relinquenda est propter scandalum. *Serm. Domin. 5, post Pascha.*
- S. AUGUST. 8. Amant homines veritatem lucentem, oderunt eam redarguentem. *Lib. 10 Confess.*, cap. 23.
9. Veritatis et sapientiæ pulchritudo nec multitudine audientium constipata secludit venientes, nec peragitur tempore, nec migrat locis, nec nocte interceptur, nec umbra intercluditur, nec sensibus corporis subjacet, omnibus proxima est, omnibus sempiterna, nullo loco est, nusquam deest, foris admonet, intus docet, cernentes se, commutat omnes in melius, a nullo in deterius commutatur, nullus de illa judicat, nullus sine illa judicat bene. *Lib. 2, de Libero arb.*, cap. 14.
10. Omnis, qui utrum sit veritas dubitat, in seipso habet verum, unde non dubitet, nec ullum verum nisi veritate verum est. *Prose.*
11. Non itaque oportet eum de veritate dubita-

- re, qui potuit undequaque dubitare. *De vera Religione*, cap. 39.
12. Incomparabiliter pulchrior est veritas Christianorum, quam Helena Græcorum. *Epist. 9, ad divum Hieronymum.*
13. Mens veritatis capax non est, nisi vitis libera. *De Agone christiano*, cap. 13.
14. Hominis finis est perfecte querere veritatem. *Lib. 1, contra Academ.*, cap. 3.
15. Nihil verum in quo veritas non est: et omne quod verum non est, falsum est. *Lib. 2 Soliloq.*, cap. 45.
16. Qui verus disputator est veritatis, a falsitate discretor est. *Lib. 1, contra Cresconium*, cap. 15.
17. Veritate manifestata, eodæ consuetudo veritati: plane quis dubitet veritati manifestatæ debere consuetudinem cedere? *Lib. 3, de Baptismo*, cap. 6.
18. Nemo consuetudinem veritati præponat, quia consuetudinem veritas semper excludit. *Ibid.*, cap. 7.
19. Prævaricatorem legis lux deserit veritatis, qua desertus fit cæcus. *De natura et gratia*, cap. 22.
20. Veritas consuetudini præponenda est: sed cum consuetudini veritas suffragatur, nihil oportet firmius retineri. *Lib. de Baptismo*, cap. 5.
21. Peccatoribus panis veritatis amarus est. *Super Psalm. v.*
22. Veritas et dulcis est, et amara. Quando dulcis est, parcat: quando amara, emrat. *Epist. 211, ad Romulum.*
23. Veritas intelligentibus mentibus intus loquitur, sine sono instruit, intelligibili luce perfundit. *Tract. 54, super Evangel. Joan.*, de cap. 12.
24. Tutius veritas auditur, quam prædicatur: quoniam cum auditur, humilitas custoditur: cum autem prædicatur, vix non surrepit cuius hominum quantalucumque jaclantia. *Ibid.*, tract. 57, de cap. xii.
25. O miseros homines, qui cum esse volunt mali, nolunt esse veritatem, qua damnantur mali: nolunt enim eam esse quod est, cum ipsi debeant nulomodo esse quod sunt, ut ipsa mænantia mutantur, ne ipsa judicantæ damnentur. *Ibid.*, tract. 90, de cap. xv.
26. Sit veritas in pugna, ut acquiratur securitas in victoria. *De Verb. Apost.*, serm. 3.
27. Veritatis sola inquisitio, perfectum sapientiæ munus est. *Lib. 4, contra Academ.*, cap. 3.
28. Hominis finis est, perfecte querere veritatem: quisquis ergo minus instanter, quam oportet, veritatem querit, is ad finem hominis non pervenit. *Ibid.*
29. Via que ducit ad veritatem, nulla (uti opi-

nor) intelligitur melius, quam diligens inquisitio veritatis. *Ibid.*

30. Veritas est aliquid mente nostra, atque ratione sublimius. Lib. 2, de *Lib. arb.*, cap. 13.

31. Nihil beatius eo, qui fruatur incommutabili et excellentissima veritate. *Ibid.*

32. Quidquid iucundum est in ceteris veris, ipsa veritate utique iucundum est: hæc est libertas nostra, cum ipsi subdimur veritati. *Ibid.*

33. Si aliquid est excellentius veritate, ille potius Deus est: si autem non est, jam ipsa veritas Deus est. *Ibid.*, cap. 15.

34. Ubi inveni veritatem, ibi inventi Deum meum. Lib. 10, cap. 24.

35. Ubique veritas præsidet omnibus consulenti- bus te, simulque respondet omnibus etiam diversa consulentibus. *Ibid.*, cap. 26.

36. In diversitate sententiarum verarum, concordiam parit ipsa veritas. *Ibid.*, lib. 12, cap. 30.

37. Hæretici cum promittunt veritatem, a veritate conantur avertere. Lib. 1, de *Gen.*, contra *Manich.*, cap. 1.

38. A quocunque verum dicitur, illo donante dicitur, qui est ipsa veritas. Epist. 28.

39. Omnibus animis se frui valentibus, veritas communiter preste est. Epist. 56.

40. Aliquando quidam cordis aures adhibent veritati; rarius inter prospera, crebrius inter adversa. Epist. 82.

41. Mirum in quanta se abrupta præcipitent homines, metuentes retia veritatis. Epist. 105.

42. Verbis contendere, est non curare quomodo error veritate vincatur: porro qui non verbis contendit, id agit verbis, ut veritas pateat, veritas placeat, veritas moveat. Lib. 4, de *Doctr. christ.*, cap. 28.

43. Multi sunt duri ad non consentiendum veritati, et acuti ad persequendum. *Annot. in Job.*, cap. xxxix.

44. Quæ a veritate non veniunt, plerumque et nullo impellente seipsa subvertunt. Lib. 7, de *Civitate Dei*, cap. 49.

45. Quod instituit multitudo erroris, abstulit via veritatis. *Ibid.*, lib. 8, cap. 24.

46. Filii diaboli dicuntur homines, qui non credunt veritati. *Contra Adimant.*, cap. 5.

47. Deus est veritas, nec ullo pacto sapiens quisquam est, si non veritatem mente contingat. *De utilit. cred.*, cap. 15.

48. Felix cor acutum ad veritatem, infelix contra veritatem. Lib. 14, contra *Faust.*, cap. 9.

49. Nec alteri potius quam sibi adversatur, qui posuit apertissime veritatem. Lib. 5, de *Baptismo*, contra *Donat.*, cap. 3.

50. Falsitas, quæ nudari et redargui metuit

eorum vitiorum nomine, quæ veritas damnat, diligenti- am veritatis accusat. Lib. 1, contra *Crescon.*, cap. 6.

51. In paucis frequenter est veritas, et errare multorum est. *Ibid.*, lib. 4, cap. 53.

52. Erroris præoccupatio impedit veritatis intel- ligentiam. Lib. 2, de *Nuptiis*, cap. 23.

53. Omnis verax a veritate verax est. Tract. 5. Super *Joan.*

54. Qui servat humilitatem, non labitur a veritate. *Ibid.*, tract. 25.

55. Nihil fortius desiderat anima, quam verita- tem. *Ibid.*, tract. 26.

56. Qui odit veritatem, necesse est odierit et a quo veritas nata est. *Ibid.*, tract. 91.

57. Ne pudeat nos veritatis, ne contegamus veritatem verborum furo, ac deoerit ornato. *Prosec.*

58. Nuda est veritas, patrono non indigens, ipsa seipsam defendens, ac splendido præconio humilitatem evchens ac ostendens. Conc. 26, de *Mart. Manante.*

59. Qui veritatem pro pecunia negant, Deum, qui veritas est, pecunia vendunt. Lib. 4, super *Merc.*, cap. xv, in illud: *Promiserant ei pecuniam*, etc.

60. Honorat veritatem, qui et se et sua omnia in eo statu quo veritas, habet et agnoscit veraciter, et humiliter confitetur. Sermon. 3 *Advent.*

61. Veritas sola liberat, sola lavat. Sermon. 2, post *Octav. Epiph.*

62. Non amat veritas angulos, non ei diversoria placent, in medio stat. Sermon. 6 *Ascens.*

63. Nemini blanditur veritas, neminem palpat, nullum seducit, aperte denuntiat. Sermon. 2, de *S. Michael.*

64. Non est quo vanitas intret, ubi veritas jam totum occupavit. Sermon. 5 *Omnium SS.*

65. Amara est veritas sine condimento gratiæ. Sermon. 74, super *Cant.*

66. In via delinquant, qui veritatem derelin- quunt. *De duodecim gradib. humilit.*

67. Inquirimus veritatem in nobis, in proximis, in sui natura. In nobis, nosmetipsos dijudicando; in proximis, eorum malis compatiendo; in sui natura, mundo corde contemplan- do. *Ibid.*, verbo *Inquirimus*, cap. 3.

68. Sunt tres gradus veritatis; ad primum, ascen- dendum per laborem humilitatis, ad secundum, per affectum compassionis, ad tertium, per excessum contemplationis. In primo, veritas reperitur severa, in secundo, pia; in tertio, pura. Ad primum ratio ducit, quanos discutimus; ad secundum affectus perducit, quos alius miseremur; ad tertium puritas rapit, qua ad invisibilia sublevamur. *Ibid.*, cap. 6.

S. BONAV. 69. O beata veritas, video quod sine te sapere, despere est: te vero nosse, perfectum scire est. In *Solliloq.*, cap. 4.

CASSIODOR. 70. Fastidium non habet dulcedo veritatis, Super *Psaln.* xxxi, vers. 20.

71. Veritatis amor, est odium falsitatis, Super *Psaln.* xlv, vers. 9.

72. Nescit titubare quod veritas loquitur. Super *Psaln.* cx, vers. 7.

S. CLEMENS PAPA. 73. Certissimum est, quod neque amicitia, neque propinquitas generis, neque regni sublimitas homini debet esse pretiosior veritate. Lib. 1, de *Recognit.*

S. CYRILLUS NIEPESOL. 74. Non Christianus ille est, qui pro veritate mori timet. Epist. ad *Augustin.*, de *miraculis D. Hieronymi.*

S. EPHEM. 75. Veritatis studiosus semper et Deo placet, et cunctis hominibus utilis est. *De veritate.*

76. Beatus est, qui absque ulla simulatione semper veritati inservit. *Ibid.*

77. Veritatis pulehritudo deformis redditur, quando super improbitate extenditur. *De morbo lingua.*

78. Veritatis curam habeamus, fratres, ut veritas nos circumdet, ac protegat. In illud: *Attende tibi*, cap. 10.

EVAGRIUS. 79. Veritatem silere, idem est quod aurum humo condere. Hab. apud D. Joan. Damasc. lib. 1 *Parall.*, cap. 19.

FRANCISCUS TITELM. 80. Nobilis est veritas, falsitatis abnegat vel patrocinium, vel obsequium. In *Eluclid.*, super cap. xiii, *Job.*

GLOSS. DEC. 81. Veritas a quocunque dicitur, omnibus est preferenda. In *Decretis Gratiani.*

GLOSS. ORD. 82. Veritas est in oculis, umbra in terris. Super *Josue*, cap. 13.

GLOSS. INT. 83. Qui fastu mundi superbiunt, præconia veritatis audire non possunt. Super *Judith.*, cap. 5.

84. Veritas non ex fabrica, sed ex natura surgit. Super *Job.*, cap. xiii.

85. Magnum est malum a luce veritatis deserere. Super *Psaln.* ix.

S. GREGORIUS MAGNUS. 86. Sancta Ecclesie valentius in veritate reflectitur, cum ardentius pro veritate fatigatur. Lib. 9 *Moral.*, cap. 6.

87. Imperita mens veritatis sententias graviter tolerat. *Ibid.*, lib. 10, cap. 3.

88. Veritas fuldri non querit auxilio falsitatis. *Ibid.*, lib. 11, cap. 13, super illud *Job* xiii: *Nam quid Deus indiget mendacio?*

89. Plana veritatis via est, et grave iter mendacit. *Ibid.*, lib. 12, cap. 1, super illud, *Job* xv: *Terribit eum tribulatio.*

90. Veritatis lumen, quod clatis occupatisque ventibus absconditur, afflictis humilitatisque reve-

latur. *Ibid.*, lib. 27, cap. 7, num. 11, super illud, *Job* xxvi: *Et præcepit ei, ut cursus adveniat.*

91. Amicus veritatis est recte amator actionis. *Ibid.*, cap. 8.

92. Nihil est ad descendendum veritate facilis. In *Pastoral.*, part. 2, admonit. 12.

93. Ille debet esse veritatis defensor, qui quod recte sentit, loqui nec metuit, nec erubescit. Homil. 10, super *Ezech.*

94. Eis ipsa veritas absconditur, qui ejus verba sequi contemnunt. Homil. 18, super *Evang.*

95. Non in verbis, sed in rebus veritas sita est. S. GREGORIUS NAZ.

Lib. 3, de *Theologia.*

96. Nihil veritatem obscurat, quod modestia afficitur. Epist. 17, ad *Eusebium, episc. Casariensis.*

97. Non in sono verborum magis, quam mente et sententia sita est veritas. Epist. 20, ad *Basiliam Magn.*

98. Veritas laborare potest, vinci non potest. S. HIERONYMUS.

Lib. 1 *Dialog. adversus Pelagianos.*

99. Veritas amara est, rugosa frontis ac tristic offenditque correptos: unde comicus; Obsequium amicos, veritas odium parit. *Ibid.*

100. Ita se natura habet, ut amara sit veritas, blanda vita existimentur. Epist. 58, ad *Onasum.*

101. Veritas quidem claudi et ligari potest, vinci non potest: quæ suorum paucitate contenta est, et multitudine non terretur. In *Regula monachorum*, cap. 20, de *Juramento.*

102. Veritas mendacium confutat, et perimitur falsitas veritate. In *Explanat. super Psaln.* lxxi.

103. Magna vis est veritatis, quæ cum per se intelligi possit, per ea tamen ipsa, quæ ei adversantur, elucet: ut in natura immobilis manens, firmitatem nature suæ quotidie dum attentatur, acquirat. Lib. 7, de *Trinitate.*

104. Veritas malis et imperitis amara est. In *Annot. Super Epistolam ad Romanos.*

105. Bonitas respicit esse, iustitia agere, veritas loqui. super *Epist. ad Ephes.*, cap.

106. Error, cui non resistitur, approbatur: et veritas, cum minime defensorur, opprimitur. Hab. in *Decret. Gratiani*, dist. 83, can. *Error.*

107. Veritas ubique mater est sanctitatis, nusquam offendit, nusquam errat, non deviat, non declinat, rectum cor preparat. Homil. super *Psaln.* cxviii.

108. Qui non libere veritatem defendit, quam libere defendere oportet, proditor est veritatis. *Provec.*

109. Non solum ille est proditor veritatis, qui transgrediens veritatem plaudat mendacium pro veritate loquitur, sed etiam ille qui non libere pronuntiat veritatem, quam libere pronuntiare oportet.

S. HILARIUS

HUGO A. S. VICTORE.

HUGO CARD.

S. INNOC. III.

S. JOANNES CHRYSOST.

110. Si propter timorem mortis tacere veritatem, impietas est, quomodo non est impietas major propter miserum ventrem, et spem vani honoris tacere veritatem, et sic meliorem facere gratiam panis et honoris, quam gloriam veritatis? Homil. 25, super *Matth. oper. imperf.* super illud: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, etc.*
111. Si veritas salus et vita est cognoscendum se, magis debet queri, quam querere. *Ibid.*, homil. 44.
112. Levior culpa est veritatem non apprehendere, quam contemnere apprehensam. *Ibid.*, homil. 49.
113. Naturaliter veritas nescit mentiri, nec potest aliquando perire. *Ibid.*
114. Nihil veritate clarius, nihilque potentius. Homil. 28, super *Joan.*
115. Veritas latere non vult, nullum timet periculum, nullas insidias tremit, nullam desiderat multitudinis gloriam, nulli hominum est noxia, omnia excedit, et ab innumeris insidiis tuta permanet. *Ibid.*
116. Veritas latere non vult, sed latentia omnia et abscondita in medium prodit.
117. Talis est veritatis natura, ut unde magis oppugnatur, inde magis confirmetur: et quo magis obtegatur, eo clarior evadat. *Ibid.*, homil. 57.
118. Falsum veritas non capit, amaritudinem dulcedo non patitur. Homil. super illud *Joan. iv*: *Venit hora, etc.*
119. A veritatis auctore nihil quidquam meretur impetrare, qui veritatis rebellem sese voluerit exhibere. *Ibid.*
120. Veritas Ecclesie columna est, et firmamentum. Homil. 44, super *I Timoth.*
121. Veritatis status, etiam multis impugnantibus, suscitatur et crescit. Homil. 4, de *laud. Paul.*
122. Præstantissimum omnium bonorum est veritas; capiti difficilis est veritatis sermo. Lib. 1 *Parvul.*, cap. 19.
123. Veritatis robur nullam opem requirit: verum quamvis innumeri sint, qui eam extinguere moliantur, adeo tamen non extinguunt, ut etiam per eos ipsos, qui eam vexare conantur, splendor existat, eosque qui frustra sese tundunt, irridet. *Ibid.*
124. Nihil fortius veritate, veritas enim nunquam convincitur falsi: quisquis vero cum veritatem dicere queat, eam subicit, a Deo condemnabitur. *Ibid.*
125. In suam perniciem mala fabricatur, qui veritati obesiit. Orat., de *Transfigurat.*
126. Ardua quidem res est, professio veritatis,

S. JOAN. DAM.

JOAN. SAR.

- et quæ incurstantibus errorum tenebris, aut negligentia prolitentis frequentissime vitatur. Lib. 4, de *Nugis curial.*, in prologo.
127. Qui veritatem non vult audire vel loqui, a spiritu veritatis alienus est. *Ibid.*
128. Veritatem libenter audit amicus veritatis: et salus illius desperanda est, cui gravior est fraudulentæ adulationis illecebra, quam veri salubris asperitas. *Ibid.*, epist. 234.
129. Veritas furo caret, et loqui non novit, nisi facie revelata. *Ibid.*, epist. 248, ad *Robertum.*
130. Investigationem veri multorum est querere, sed paucorum est invenire. Lib. 2, de *Sum. bono*, cap. 1, sent. 6.
131. Quid profuit te vidisse veritatem, quam nec defensus es, nec securus? Lib. 2, *Divin. instit.*, cap. 3.
132. O quam difficilis est ignorantibus veritas et quam facilis scientibus! *Ibid.*, cap. 5.
133. Non ab eo veritas exigenda est, quise necesse fatetur. *Ibid.*, cap. 12.
134. Veritas a vulgo solet variis sermonibus dissipata corrumpi. *Ibid.*, cap. 44.
135. Ubi custodiat homo veritatem, quæ licet ad presens sit insuavis; tamen cum fructus ejus, atque utilitas apparuerit, non odium pariet (ut ait Poeta) sed gratiam. In *Epitome*, cap. *Superest.*
136. Simplex et nuda veritas, ornamentis extrinsecus additis fucata corrumpitur, lucentissima enim est, et satis ornata per se est. Lib. 3, de *Divin. Inst.*, cap. 1.
137. Tanta est potentia veritatis, ut seipsam (quamvis in rebus exiguis) sua claritate defendat. *Ibid.*
138. Veritas est animæ pabulum, incredibili quadam jucunditate perfusum. *Ibid.*, lib. 5, cap. 1.
139. Qui veritatis studet, ut animas sibi vinciat, præferat vera falsis, æterna brevibus, utilia jucundis. *Ibid.*, lib. 6, cap. 24.
140. Veritatis semitas non declinet, quoniam ad charitatis arcem festinat ascendere: semitæ namque veritatis virtutes sunt. *Prose.*
141. Nemo ad veritatis perspicuam agnitionem potest attingere, si virtutibus ornatus non fuerit. De *igno vite*, tract. 4, de *Charit.*, cap. 2.
142. Clara est veritas, aspectu delectabilis, amabilis supra modum, nil in se conquinatum admittens. De *costo Cornub.*, cap. 25.
143. Mens christiana fugax mendacii est, discipula veritatis. Serm. 8, *Quadrages.*
144. Ubi veritas est magistra, nunquam desunt divina solatia. Epist. 36, ad *Martin. presbyt.*
145. Dei cultorem decet adherere veritati, et

S. ISIDORUS BISPAL.

LACT. FIRM.

- verborum conjecturalium fabulositatibus extremum valdeicere. De *sacris. Abel.*
146. Nihil est amore veritatis celsius. In *Peristephano*, de *Hymno S. Romani mart.*, vers. 388.
147. Tacent qui loqui possunt, dum ipsis interdum malis parcunt: nec volunt eis vim aperte promere veritatis, ne faciant eos ingesta acrius veritate peiores. Lib. 5, de *Gubern. Det.*
148. Modis omnibus est tenenda veritas, ut quod in re est, hoc et in verbis sit. *Ibid.*, lib. 8.
149. Enuntiari aliter veritas non potest, quam vis ipsa exigit veritatis. Lib. 4, ad *Eccles. cathol.*
150. Aut semper, aut plurimum vera dicere, divinum est, aut divino quam proximum. De *Insonniis.*
151. Affinis est Deo veritas. Epist. 505, ad *Fratern.*
152. Nihil verum in his, quæ Deum nesciunt præsidem et magistrum veritatis. De *Cultu feminar.*, cap. 4.
153. Nihil veritas erubescit, nisi solummodo abscondi. Adversus *Valentinianos*, cap. 3.
154. Nullo modo melius, quam contradicentibus resistendo, aperitur veritas. De *perfect. vite*
- SENTENTIE PAGANORUM.
- ARISTOTEL. 155. Parvus exitus a veritate fit his, qui exorbitaverunt, si longe progrediantur, decies milies major. Lib. 4, de *Cælo*, cap. 5, text. 33.
156. Veritas rei est ipsametres. Lib. 8, *Theolog.*, cap. 6.
157. Sanctum est, honori veritatem præferre. Lib. 4, *Ethic. ad Nicomach.*, cap. 6.
158. Qui verum amat, et in quibus etiam nil refert vera dicit: is multo magis vera dicit, in quibus refert. *Ibid.*, lib. 4, cap. 7.
159. Homines satis ad veritatem nati sunt, et ut plurimum veritatem consequuntur. Lib. 1 *Rhetor.*, cap. 1.
- CICERO. 160. Nihil est veritatis luce dulcius. Lib. 2, *Academic. quest.*, num. 31.
- PLATO. 161. Ubi dux veritas affulserit, fieri nullo modo potest, ut eam vitiorum chorus consequatur. Lib. 6, de *Republ.*
162. Veritas hominibus præest ad omnia bona consequenda: cuius adeo qui felix beatusque est futurus: statim ab initio particeps esse debet, ut in veritate plurimum tempore vitam agat. Lib. 5, de *Legibus.*
163. Tanta est veritatis vis atque efficacia, ut orator qui eam novit, etiam si aliud agat, auditorum animos alliciat atque perducit. In *Dialogo Phædr.*
164. Magis veritas elucet, quo sæpius ad manum venit. Lib. 3, de *Ira*, cap. 29.

SENeca.

PHILO SOP.

165. Patet omnibus veritas, nondum est occupata: multum ex illa etiam futuris relictum est. Epist. 33.
166. Assuesce et dicere verum, et audire. Epist. 68.
167. Veritatis una vis, una facies est. Epist. 402.
168. Veritatem dilige: nihil tam veraculum sapientia, quam veritas. Sent. 148, et 158.
169. Verbum verum, ut Deum honora. *Ibid.*, sent. 344.
- Vide etiam tit. *Amaritudo*, sent. 9; *Amicitia*, in genere, sent. 87; *Cognitio veritatis*, per totum; *Corruptio*, sent. 44; *Defensio*, sent. 6; *Discere*, sent. 26; *Eloquentia*, sent. 39; *Error*, sent. 43, 59; *Fides*, sent. 63; *Honor*, sent. 121; *Iniquitas*, sent. 22, 23, 83; *Intellectus*, sent. 27; *Invenire*, sent. 36, 37; *Imius*, sent. 29; *Maledictio*, sent. 8; *Martyrium*, sent. 50; *Mendacium*, sent. 6, 16, 16, 30, 36, 56, 66, 82; *Nescire*, sent. 45; *Optimo*, sent. 25; *Placere*, sent. 23; *Predicatio*, sent. 21, 22, 24; *Premium*, sent. 13; *Scandalum*, sent. 4, 11, 14, 15; *Securitas*, sent. 19; *Simplicitas*, sent. 42; *Suaratio*, sent. 10; *Testis*, sent. 76; *Vanitas* sent. 7.

VERITATIS COGNITIO. Vide COGNITIO VERITATIS.

VERITATIO.

SENTENTIE PATRUM.

1. Non ideo malum est, quia veritate lege; sed ideo veritate lege, quia malum est. Lib. 4, de *Liber. Arbitr.*, cap. 3.
2. Est vitium primum animæ rationalis, voluntas ea faciendi, quæ velat summa et intima veritas. De *vera Relig.*, cap. 20.
3. Quis coram Deo innocens invenitur, qui vult fieri quod velatur, si subtrahas quod timentur? *Prose.*
4. In ipsa voluntate reus est, qui vult facere quod non licet fieri: sed ideo non facit, quia impune non potest fieri. Epist. 144, ad *Anastas.*
5. Appetunt ardentius, quæ velantur: dum id quod spiritaliter jubetur, carnalis concupiscentia observare compellitur. Epist. 200, ad *Aselcum.*
6. Ab hominibus nondum spiritalem gratiam percipientibus suavis admittitur quod velatur. Lib. 1, de *Diversis quest.*, ad *Simplicianum*, quest. 1.
7. Generalis prohibitio est, non concupiscentis: et generalis jussio, diliges. De *Perfect. justitiæ*, cap. 5, ratiocinat. 11.
8. Legis justitia est, jubere quod Deo placet, vetare quod displicet. Lib. 3, ad *Bonifac.*, cap. 7.

SENTES PHILOSOPH.

S. AUGUST.

S. BERNARD.

9. Nullius prohibitio valet obviare preceptis, nullius iussio praedjudicare prohibitis. *Epist. 7, ad Adam monach.*

10. Praeli prohibito non praetereat terminus professionis: nec ultra extendi potest, nec contrahi citra. *De precepto et dispers.*

11. Serva commissum, expecta promissum: cave prohibitum, ne perdas concessum. *De duodecim Grad. laudat., grad. 4, verbo Tu quoque.*

GLOSSA DECI.

12. Precepto unius contrarii, est alterius prohibito. In *Decretis Gratiani.*

13. Prohibito et permissio contraria non sunt: nam Dominus permittit uxorem infidelem dimitti, Apostolus prohibet. *Ibid.*

GLOSS. ORD.

14. Quod concupiscitur fit dulcius dum vetatur: ex prohibitione enim, ubi charitas deficit, desiderium mali crescit: quo actio dulcius fit quod prohibetur. Super *Epist., ad Roman., cap. 7.*

15. Nunquam dicitur licere, quod prohibetur. Super illud *I Cor. vi: Omnia mihi licent.*

S. GREGOR. MAGNUS.

16. Omnis qui vetita concupiscit, dum preceptorem despiciit, superbit. *Lib. 5, in I Reg., cap. 4.*

HAYMO.

17. Quod naturaliter accipit, penitus vetari non potest. *Serm. 4, Dom. 4 post Pascha.*

S. HIERON.

18. Peccat quidem ille, qui imperata neglexerit: sed plus peccat, qui vetita non servat. *Epist. 8.*

S. IOHANNES CHRYSOST.

19. Talis est natura fidei, ut quanto magis vetatur, eo magis accendatur. *Homil. 36, super Math. Oper. imperf.*

20. Cum quod concupiscitur prohibetur, eo redditur validior concupiscentia flamma. *Serm. 42, super Epist. ad Rom.*

JOAN. TRITH.

21. Omnibus fugiendum est, quod omnibus probatur interdictum. *De Propriet. monachor., cap. 8.*

PHILO JUD.

22. Regis est jubere vetareque. *De praemis.*

SALVIANUS.

23. Cum illa quae facere a Deo vetamur, admittimus, vetanis jussa calcamus. *Lib. 4, de gubern. Dei.*

24. Potestas magna et potentissima, quam inhibere seculis maximum potest, quasi probat debere fieri, si sciens patitur perpetrari. *Prosec.*

25. In cuius enim manu est, ut prohibeat: jubet agi, si non prohibet admitti. *Ibid., lib. 7.*

ARISTOTEL.

26. Quae lex non jubet, vetat. *Lib. 5, Ethic. ad Nicomach., cap. 11.*

VIA.

CASSIODOR.

Etymologia. Via dicitur, quia per eam unusquisque transcensum viatur. Super *Psalm. 1, vers. ultimo.*

Divisio. Septem sunt viae difficiles, via montuosa, s. ANTONIN via spinosa, via lutosus, via tenebrosa, via tumultuosa, via sumptuosa, via tediiosa, via montuosa, superborum; via spinosa, avarorum; via lutosus, luxuriosorum; via tenebrosa, invidiorum; via tumultuosa, iracundorum; via sumptuosa, gulosorum, via tediiosa, acediosorum. *Part. 4, tit. 5, cap. 3, § 1.*

Quadruplex est via. Via a qua; via in qua, via per quam, via ad quam. Via a qua imus, est peccatum; via in qua imus, sunt virtutes, et bona opera; via ad quam tendimus, et per quam imus, est Christus. Super *Psalm. xxxvi.* Duo sunt viae: via iniquitatis, via veritatis. Via iniquitatis est in ingressu delectabilis, in progressu gravis, in egressu damnabilis; via veritatis, est in ingressu gravis, in progressu delectabilis, in egressu remunerabilis. *Exposit. 1, super Psalm. cxviii, in illud: Mirabilia testimonio tua, etc.*

Tres sunt viae. Via Dei, via hominis, via diaboli. Via Dei, est veritas; via hominis, est necessitas; via diaboli, est iniquitas. Super *Psalm. xci, cap. 69.*

SENTENTIA PATRUM.

1. Aliae sunt viae, quas debemus sequi: aliae, quas custodire. Sequi vias Domini, custodire nostras, ne in culpam diriganter. *Lib. 4 Offic., cap. 2.*

2. Via nostra, via recta, via angustior, virtus exuberantior, trames pressior, fides sublimior, callis arctior, vigor mentis exundans. *Prosec.*

3. Via nostra, via recta, quia inflexibilia sunt virtutum vestigia. *Lib. 4, epist. 6, ad Irenaeum.*

4. Providus doctor Paulus multas ostendit vias, ut qua vult unusquisque quam sibi accommodatam arbitrat incedat. *Prosec.*

5. Bona virginitatis via est, sed sublimis et ardua, validiores requirit.

6. Bona etiam viduitatis via, non tam difficultis ut virginitatis, sed confragosa et aspera, cautions requirit.

7. Bona etiam matrimonii via, plana et directa, sed longiore circuitu ad castra Sanctorum pervenit, ea plurimos recipit. *Lib. 10, epist. 82, ad Verceilens. Eccles.*

8. Viam, quam quis sibi assumit in honore, vel in malo in adolescentia sua, perseverans illam tenet. *Part. 4, tit. 10, cap. 6, § 2.*

9. Heu? quanta dementia in via lassari, et viam nolle finire. *Serm. Dom. 6 post Pascha.*

10. Si quisquam errore deserens viam, eo tamen per agrum pergat, qui etiam via illa perducit, corrigendus est: tamen: et quam sit utilis viam non deserere demonstrandum est, ne con-

S. BONAV.

HUGO A. S. VICTORE.

S. ANDREAS.

S. ANTONIN.

S. ANTONINUS DE PADUA.

S. AUGUSTINUS.

suetudine devianti, etiam in transversum aut perversum ire cogatur. *Lib. 2, de Doctr. christiana, cap. 36.*

11. Pergite viam sublimitatis, pede humilitatis. *De Sancta virginitate, cap. 62.*

12. Vie Dei durae sunt timori, leves amori. *De Natura et gratia, cap. 10.*

13. Qui perit de via iustitia, cum magna miseria per vias iniquitatis errabit. Super *Psalm. ii.*

14. Si se deviasse quis invenerit, redeat ut in via ambulet: si se in via invenerit, ambulet ut perveniat: nemo superbus sit extra viam, nemo piger in via. Super *Psalm. xxxi. in praefat.*

15. Viam Christi si vis, vere Christianus es: ipse est enim Christianus, qui non aspernat viam Christi, sed vult viam Christi sequi per passiones ipsius. Noli per aliam viam velle ire, quam per illam qua ipse ivit: dura videtur, sed ipsa est tua via, alia forte delicias habet, sed latronibus plena est. Super *Psalm. xxxvi, vers. 24.*

16. Angusta via est: laboranti angusta est, amanti lata. Super *Psalm. xxx, conc. 1.*

17. Via perversa relinquitur malignitatem, qui non potestis relinquere beatitudinis voluntatem. Super *Psalm. cxvii, conc. 1.*

18. Quae certior via Domini, quam fides ex qua justus vivit? *Ibid., conc. 2.*

19. In viis Domini, quas omnes fides una complectitur, qui dixit: Ego sum via, nemo peccatum operatur, sed confitetur. Deviat ergo cum peccat, et ideo peccatum viae non tribuitur quod a deviate committitur: sed in via fidei pro non peccantibus habentur, quibus peccata non imputantur. *Ibid., conc. 3.*

20. Nullo modo dicenda est via correctae, quando est via perversa. *Ibid., conc. 5.*

21. In via tua vivifica me | Quae via? non vanitas, sed veritas est. *Ibid., conc. 12.*

22. Via lata mortifera est, latitudo ejus delectat ad tempus, finis ejus angustus in aeternum. Super *Psalm. xxxix, vers. 6.*

23. Si quis te impedierit in via Dei, ut illud quod rectum intendebas timent, aut labatur a via, aut cadat, aut recedat de via, aut remaneat in via, aut retro revertatur unde venerat: quidquid tibi tale fecerit, supplantavit te, decepit te. Super *Psalm. cxxxix, vers. 3: Supplantare gressus meos.*

24. Omnis semita via est, non omnis via, semita: quare ergo via illis semitae sunt dietae, nisi quia angustae sunt? via lata impiorum, via angusta iustorum. Super *Psalm. cxli, vers. iii: Tu cognovisti semitas meas.*

25. Via peccatorum placet tibi, quia lata est: latitudinem ejus vides: finem ejus non vides:

ecce ubi finitur, praecipitium est, ubi finetur profunditas quadam barathri est. Lactantes, et si patientes in ista via, illo fine merguntur. Super *Psalm. cxlv.*

26. Iter hujus saeculi molestum est, plenum tentationibus, in rebus prosperis ne quis extollat: in rebus adversis, ne se frangat. *Tract. 42, super Evang. Joan., de cap. 3.*

27. Via cilli angusta est paucis eligentibus, facilis tamen omnibus diligentibus. *De Verbis Domini, serm. 9.*

28. Omni studio lata saeculi via vitanda est, quae ducit ad mortem: at vero omni cordis desiderio via angusta quae ducit ad vitam aedenda est et appetenda. *Prosec.*

29. Via angusta est via abstinentiae et castitatis, humilitatis et omnis religionis, quam viam ante nos Christus attrivit, qua via ad sumum regnum migravit. *De Tripha habitaculo, cap. 4.*

30. Via celestis ambulantes quaerit: tria sunt hominum genera quae odit: remanentem, retro redeuntem, aberrantem: excitandi sunt ergo remanentes, retro redeuntis revocandi, errantes in viam ducendi, tardi exhortandi, celeres imitandi. *Prosec.*

31. Qui non proficit, remansit in via: qui forte a meliore proposito declinat ad id quod deterius reliquerat, reversus est retro: qui fidem deserit, a via erravit. *De Cantico novo, cap. 4.*

32. Currite velociter rectam viam, ipsa enim vos perducit ad patriam. *Ibid., cap. 10.*

33. Securi ambulemus in via, sed insidias timeamus juxta viam: inimicus non audet insidiari in via, quia Christus est via, sed juxta viam plane non desinit. *Prosec.*

34. Quid formidas, quid metuis si in via ambulas? tunc time, si deseras viam: nam inimico permittitur ponere juxta viam laqueos, ne securitate exultationis via deseratur, et in insidiis incidatur. *De Verb. Dom., serm. 64.*

35. Melius est in via claudicare, quam praeter viam fortiter ambulare. *Ibid., serm. 65.*

36. Mellior est claudus in via, quam cursor praeter viam. *De Verbis Apostoli, serm. 15.*

37. Iam per viam secum latam, nec deserbas me. *Lib. 6 Conf., cap. 6.*

38. Via ad Christum non locorum est, sed affectuum. *Lib. 1, de Doctrin. christ., cap. 17.*

39. Nonnullis errare profuit aliquando, sed in via pedum, non in via morum. *In Eucherid., cap. 17.*

40. Si inter eum qui tendit, et illud quo tendit via media est, spes est perveniendi: si autem desit aut ignoretur quae eundem sit, nihil prodest

nosse quo eundem sit. Lib. 11, de Civit. Dei, cap. 2.

41. Piger viator venire notebas ad viam, ad te venit via. De Epist., cap. 8.

42. Nos semper ambulamus in via, donec eo veniamus, quo ducit via: nusquam in ea remaneamus, donec perducat ubi maneamus. Tract. 63, super Joan.

43. Qui præter viam currit, inaniter currit, imo ad laborem currit: tanto plus errat, quanto præter viam currit. Tract. 40, super Epist. Joan.

V. BEDA.

44. Felicius est per asperum iter ad regnum, quam per amœnum planumque ad supplicium duci. Homil. Domin. Palmor.

45. Errat facillime qui non errat quo rectius pergat. In suis Proverbiis, verbo Errat.

S. BERNARD.

46. Laboriosior forte via videtur inter ardua collium, et aspera rupium: sed expertis longe scemior et desiderabilior invenitur. Serm. in Transitu S. Malachie.

47. Fretus vicarum, salus est viatoris. Serm. 44, super Qui habitat.

48. Via non est, lata via: rectitudo quippe ad viam, latitudo ad planitiem magis quam ad viam pertinet. Solitudo in via, lata est via: et ubi nulla est via, totum est via. Serm. de Nimia fallacia presentis vite.

49. Via Domini, viæ rectæ, viæ pulchræ, viæ plenæ, viæ planæ: rectæ sine errore, pulchræ sine sordibus, plenæ multitudine, planæ sine difficultate. Serm. de Verbis libri Sapientie.

50. Timendum est periculum triplex in via: scilicet æquare se alteri, respicere retro, in medio stare, aut residere. Sermone de tribus Ordinibus.

51. Viæ que ducunt ad mortem, ratione trifaria dividuntur. Alia erummosa, alia laboriosa, alia deliciosa. Erummosa est in pauperibus superbis; laboriosa est in avaris et cupidis; deliciosa est in divitiis delicatis. In suis Sententiis, cap. Vie.

52. Via que ducit ad vitam, triplex est. Alia sanguinea, alia purpurea, alia lactea. Sanguinea in Martyribus, purpurea in Confessoribus, lactea in Virginibus. Ibid.

CASSIODOR.

53. Per invidiosos labuntur errores, qui viam salutis deserunt, et tortuosus semitis immorantur. Super Psalm. cvj, vers. 39.

54. Iniqua via est, que nos perducit ad vitia; recta vero via virtutum est, que nobis indulgentiam tribuit et salutem. Super Psalm. cxviii, vers.: Omnem viam iniquam odio habui.

S. CLEMENS
PAPA.
S. RUSEBIUS
EMISSEN.

55. Via Dei, via pacis est. Lib. 2, Recognit.

56. Humilium viæ molles, planæ atque directæ sunt: viæ autem superbiorum plenæ sunt offen-

diculis, plenæ præruptissimis præcipitiis. Homil. 4, Epiphani.

57. Nulla via bona est, nisi quam illuminat Deus. Super illud Psalm. cxviii: Omnes viæ mee in conspectu tuo.

GREGOR. 10.

58. In via Dei a timore incipitur, ut ad fortitudinem veniatur: nam sicut in via sæculi audacia fortitudinem, ita in via Dei audacia debilitatem parit: et sicut in via sæculi timor debilitatem, ita in via Dei, timor fortitudinem gignit. Lib. 5 Moral., cap. 13.

S. GREGOR.
MAGNUS.

59. Cum in itinere comes jungitur, via quidem non abstrahitur: sed tamen de societate comitis levatur labor itineris. Ibid., cap. 5, num. 22.

60. Via Dei par, via Dei humilis, via Dei patientia est. Ibid., lib. 15, cap. 25, super illud Job xxi: Qui dixerunt Deo: Recede a nobis.

61. Viator dicitur, qui præsentem viam, viam sibi esse, et non patriam attendit, qui in dilectione prætereuntis sæculi cor figere despicit, qui nec remanere in transeuntibus, sed ad æterna pervenire concupiscit. Ibid., cap. 35, num. 27, super illud Job xxi: Interrogate quemlibet de viatoribus.

S. HILARIUS

62. Via elati, superbia est: via raptoris, avaritia: via lubrici, concupiscentia carnalis. Ibid., lib. 17, cap. 5.

63. Via Domini ad cor dirigitur, cum veritatis sermo humiliter auditur. Prose.

64. Via Domini ad cor dirigitur, cum ad præceptum illius vita præparatur. Homil. 7, super Evang. super illud Joan. 1: Dirigite viam Domini.

65. Qui in via ambulat, insidias metuit, hostium timet incursus, prædonum impetus perhorrescit. Super Septem Psalm. Penit. super Psalm. xi.

66. Via Dei inchoantibus angusta est, et perfecte jam viventibus lata. Homil. 17, super Ezech., super illud Math. vii: Intrate per angustam portam.

67. Tanto debemus cautius ambulare, quanto nos scimus inter Dei inimicos vivere. Lib. 8, in Registro, ind. 3, cap. 36, epist. 36.

68. Via bona et recta est, cum ad religiosam vitam convertimur. Prose.

69. Hæc via profecto non solum bona, sed et recta est, que ad salutem tendit, et viatorum suam ad perfectionem velociter ducit: bona est, que perducit: recta, que diverticulum cavet. Lib. 6, in 1 Reg., cap. 11.

70. Lubriem iter est, per quod egredieris. Epist. 4, ad Rustic.

S. HIERON.

71. Lata via, et areta est. Vide quanta iter has vias separatio sit, quantumque discernim: illa ad mortem, hæc tendit ad vitam: illa celebratur, et teritur a multis, hæc viæ invenitur paucis. Prose.

72. Illa enim vitis per consuetudinem quasi declivior ac mollior, hæc vero insueto calle virtutum tristior atque horridior: ab his tantum eligitur, quibus non tam delectatio itineris cordi est, quam utilitas mansionis.

73. Asperam enim et insuavem virtutum viam nimia facit vitiorum consuetudo: que si in partem alteram transferatur, invenitur semita justitiæ levis. Epist. 14, ad Celantiam.

74. Omne quod agimus, omne quod loquimur, aut de lata, aut de angusta via est. Ibid.

75. Ad cœlum per aspera, per angusta, per duros anfractus, sita est via, quam viam non tenet, qui tentari non vult. Epist. 6, ad Amicum.

76. Si justorum via Christus est, peccatorum via diabolus est. Super Psalm. cxlv, vers. penult: Et vias peccatorum disperdet.

S. HILARIUS

77. Nemo dum in via est, id ad quod per viam tendit, obtinet. In Explanat. Psalm. cxviii, super illud: Beati immaculati in via.

78. In multis viis standum est, ut bona via reperitur. Ibid.

79. Deo adhaerens, in via Dei est: et qui in via peccati est, in via Dei non est. Super Psalm. cxviii, vers. 4: Adhæsi pavimento animæ meæ.

EUGO S.
VICTORE.

80. Via ad Deum, est scientia, disciplina, bonitas. Per scientiam itur ad disciplinam; per disciplinam itur ad bonitatem; per bonitatem itur ad beatitudinem. De Inst. Novit., in prologo.

81. Nulla via justitia rectior. De laude charit.

82. Egrediamur: brevis est via et facilis, que est de Hierusalém in Babylonem: et contrario (quod est mirabile dicta) grandis et difficilis est via, que est de Babylone in Hierusalém: egrediamur, et fugiamus Babylonem. Serm. 38, de Divers.

EUGO CABD.

83. Peccati via, dura est in consensu, durior in opere, durissima in consuetudine. Dura est in laicis, durior in clericis, durissima in prælatis. Super Iob. Iud., cap. 11.

84. Via Domini, per quam ambulant boni, est munda, plenehæra, huminosa, recta, plana, stabilis, continua, ardua, arcta. Super Psalm. vii.

85. Via diaboli per quam ambulant mali, est lubrica, immunda, tenebrosa, tortuosa, lapidosa, instabilis, lata, spatiosa. Ibid.

86. Via peccatoris abominatio est, quia factida et immunda et maligna: foetida Deo, immunda sibi, maligna proximo. Super Prov., cap. 15.

87. Sine discretione omnis via præcipitium habet. Ibid., cap. 16.

88. Via iusti quasi cella est pigmentaria, plena speciebus aromaticis, habens balsammum charitatis, oleum pietatis, thus devotionis, et myrrham disciplinæ. Ibid., cap. 15.

89. Antiqua via melior est, et securior. Super Hierem., cap. 6.

90. Possunt duæ ad vitam viæ maxime perducere: quarum altera viatori, altera proximo conducit. Homil. 78, super Math. Oper. perf.

S. JOANNES
CHRYSOST.

91. Lata spatiosaque via omni deserto desertior est, et asperior: nam etsi multi per eam proficiantur, tales quippe sunt, qui rapacitatem amplectuntur. Ibid., homil. 82.

92. Generalis et publica via est Christus, que ducit ad vitam: generalis etiam et publica via est diabolus, que ducit ad mortem. Homil. 44, super Math. Oper. imperf.

93. Viæ sunt omnes professiones hujus sæculi: ut professio philosophiæ, una est via: professio militiæ, altera est via: mundilis dignitas, altera est via: professio ludorum, altera est via mundi, que omnes ducunt ad mortem. Prose.

94. Sicut castitas via est, que ducit ad Christum, et misericordia cæteræque virtutes: sic fornicatio via est, que ducit ad diabolum, et avaritia cæteræque vitia. Ibid.

S. JOAN.
DAM.

95. Fieri non potest, ut quispiam a recta via deflectat, nisi animus ipsius Dei oblivione prius laboraverit. Lib. 1 Parall., cap. 12.

96. Via Crucis, via electorum, via paucorum, via vite, via amara, via salutis, via brevis, via directa, via laboris, via persecutionis. Epist. pro Confortat. tentati.

JOAN. GERS.

97. Humilis sum via, superbus non capio: angusta sum, timidos non admitto. Lib. 5, ad Monachos, serm. 4.

JOAN.
TRIEB.

98. Via veniendi ad veram viam, humilitas est. Epist. 14, ad Nicol. presbyt. Meritens.

99. Imperfecta sapientia est, que tendas scire, et necesse iter, per quod expedit ire. Lib. 1, de Sum. bono, cap. 17, sent. 5.

S. ISIDORUS
HISPALENS.

100. Qui viam regiam, hoc est, Christum deserit: etsi videat veritatem, a longe videt: quia nisi per viam non est quomodo ad eam propinquet. Ibid., sent. 6.

101. Duæ sunt viæ, per quas humanam vitam progredi necesse est: scilicet una, que in cœlum ferat, altera que ad infernos deprimat. Lib. 6, de Divin. Inst., cap. 3.

LACT. FIRM.

102. Via coelestis difficilis et clivosa proposita est, spinis horrentibus aspera, saxis extantibus impedita, ut cum summo labore sit cuique gradiendum. Ibid., cap. 4.

103. Talem quisque viam eligat, qualem eligere voluisset, si in mortis articulo constitutus esset. De Discipl. monast. conversat., cap. 20.

S. LAURENT.
JUSTIN.

104. Populosior est via levis, quam dextera: quia ad mundana gaudia et corporalia bona multitudo proclivis est. Serm. 14, Quadrag.

S. ISEO I.

105. Melior est gradus lentior per iter rectum, quam velocitas festina per devium. *Serm. 2, de Jejun. Pentec.*
- S. NILUS. 106. Beatus qui angustam ambulat semitam, coronatus enim in caelum ingrediatur. *Parvens., 227.*
- PETRUS HELENS. 107. Multiplices viæ sunt ad Dominum, sed alia aliis tutiores. *Serm. 34 Omn. SS.*
- S. PETRUS DAM. 108. Patet via, que teritur : sed occultum est, quo pervenitur. *Opusc. 54, cap. 11.*
- S. VALER. EPISCOPUS. 109. Superflue te putas ardui itineris, et viæ asperæ semitas tenere, si animæ impediari errore. *Homil. 2, de Arcta vita.*

SENTENTIE PAGANORUM.

- CICERO. 110. Volasse non iter facisse diceres. *Orat. 62, Phlipp. 10, num. 11.*
- PLATO. 111. Via ad virtutem ardua, ad vitia plana. *Lib. 4, de Legibus.*
- PIETRIUS II. 112. Plerumque altis et excelsis adjacent abrupta : tutius per plana, sed humiliter et depressius iter. *Lib. 9, epist. 26, ad Luperum.*
- SENECA. 113. Decernatur et quo tendamus, et qua : non sit sine perito aliquo, cui explorata sint ea, in qua procedimus : ad hic tritissima quæque via et celeberrima, maxime decipit. *Prose.*
114. Nihil ergo magis præstandum est, quam ne pecorum ritu sequamur antecessorum gregem, pergentes, non qua eundem, sed qua iur. *De Vita beata, cap. 1.*

VICTORIA IN GENERE.

SENTENTIE PATRUM.

- S. AMBROS. 1. Nulla sine adversario, corona victoriæ est. *Lib. 5, epist. 3, ad Valentinian. Imper.*
2. Adversarii meritis magis quam virtutis vincuntur. *Serm. 86, de Barbaris non timentis.*
3. Hec est vera et incruenta victoriæ, tibi sic adversarius vincitur, ut de vincens nemo laudatur. *Ibid.*
4. Victoriæ, nisi honesta sit quaesita, turpis est. *Lib. 3 Offic., cap. 14.*
- S. ANTONIN. 5. Certum est, quod perfectior est victoriæ virginum, quam viduarum : perfectissimum enim genus victoriæ est, nunquam hosti cessisse. *Prose.*
6. Corona non debetur pugna, sed victoriæ de pugna. *Part. 3, lit. 2, cap. 1, § 3.*
- S. ATHANAS. MAGNUS. 7. Unica ratio vincendi diabolum, est lætitia spiritualis. *De vita Antonii.*
- S. AUGUST. 8. Cui oculi mentis patent, non pernicioso studio, vane victoriæ caligant atque turbantur. *De Vera relig., cap. 19.*
9. Grave est, ut quem non vincit homo, vincat libido : aut volutur vincto, qui non vincitur ferro. *Epist. 182, ad Bonifac.*

10. Apud bellicosos viros, victus dicitur victor occisus. *Epist. 190.*

11. Ibi vincuntur inimice nobis invisibiles potestates, ubi vincuntur invisibiles cupiditates. *De Agone christiano, cap. 2.*

12. Impossibile est semper vincere : si quis victus fuit, dolere debet ne iterum vincatur : quia qui se dolet victum, reparat se. *De Quast. Vet. et Novi Testam., quest. 126.*

13. Omnis victoriæ cum etiam malis provenit, divino iudicio victus humiliat, vel emendans peccata, vel puniens. *Lib. 19, de Civitate Dei, cap. 15.*

14. Quid prodest bonum certamen, nisi sequatur victoriæ? Et quis dat victoriæ, nisi ipse Deus. *De Gratia et Libero arbitrio, cap. 7.*

15. Non potest quisquam coronari nisi vicierit, nec potest vincere nisi certaverit, nec potest certare nisi inimicum habuerit. *Super Psalm. 1x, vers. 2.*

16. Sit veritas in pugna, ut acquiratur securitas in victoriæ. *De Verbo. Apost., serm. 3.*

17. Ubi fervet pugna, non desperatur victoriæ. *Ibid., serm. 5.*

18. Multo militi optabilis est inimicum non habere, quam vincere. *Ibid., serm. 12.*

19. O homo ideo non vicisti, quia de te præsumpisti. *Ibid., serm. 4.*

20. Ubi discreta est causa, certa est victoriæ. *Serm. 6, de Martyrib.*

21. Ubi major poena, major victoriæ est. *Serm. 65, ad Frat. in eremo.*

22. Valde turpe est, ut quem non vincit homo, vincat libido : et obrutur vino, qui non vincitur ferro. *Epist. 205.*

23. In omnibus fero gentibus vox naturæ ista personat, ut subjugari victoribus mallent, quibus contigit vinci, quam bellica omnitaria vastatione deleri. *Lib. 18, de Civitate Dei, cap. 2.*

24. Victoriæ Dea non est, sed Deus solus victoriæ auctor. *Ibid., lib. 4, cap. 17.*

25. Quæ nondum victoriarum consuetudine roborata sunt, facilius vincuntur, et cedunt : sin autem vincere consoverunt, laboriosè difficultate superantur. *Ibid., lib. 21, cap. 10.*

26. Mala vota sunt optare habere quem oderis, vel quem timeas : ut possit esse quem vincas. *Ibid., lib. 4, cap. 15.*

27. Tanta est periculis animorum, qui cum vincere homines volunt, ab errore convincuntur. *Contra Adimant.*

28. Victus es, si veritate victus es. *De gectis cum Emerito.*

29. Quanto quisque vincit facilius, tanto pugnat minus. *Lib. 4, contra Julian., cap. 2.*

30. Pugnato ut vincatis, vincite ut coronemini. *Tract. 2, super Epist. Joan.*
31. Habilet in te qui non potest vinci, et securus vincens eum qui vincere solet. *Ibid., tract. 4.*
- S. BASILII SELEUCENS. 32. Satis mihi est ad victoriæ fides. *Oratione 15.*
- V. EDDA. 33. Omnino errat, qui per pacem et etiam se assequi triumphum putat. In suis *Prov., verbo Omnino.*
- S. BERNARD. 34. Ex cordis affectu, non belli eventu, pensatur vel periculum, vel victoriæ Christiani. *Serm. ad Milites templi, cap. 4.*
35. Infelix victoriæ, quæ superans hominem, succumbit vitio : ira enim tibi aut superbia dominante, frustra gloriaris de homine superato. *Ibid.*
36. Non in multitudine exercitus est victoriæ belli : sed de celo fortitudo est. *Ibid., cap. 4.*
37. Summum victoriæ genus est, divinis cedere Majestati. *Epist. 185, ad Eustach.*
- S. BONAV. 38. Ante mortem nulla certa est victoriæ : quia semper restat pugna. *Serm. 5, de uno Confess.*
39. Vituperabilis est vinci a muliere quam a viro : et gloriosius est vincere virum, quam mulierem. *Lib. 2, Sent., dist. 21, art. 1, quest. 3, argum. 3.*
- CASSIODOR. 40. Qui victoriæ suam sibi applicat, non Domino, captivus redditur, quamvis hostes superasse videatur. *Super Psalm. xvii, vers. 4.*
- S. CYPRIAN. 41. Nisi precesserit pugna, non potest esse victoriæ. *De Mortalitate, cap. 4.*
42. Nulla major est victoriæ, quam ea quæ de cupiditate refertur. *Prose.*
43. Qui hostem vicit, fortior fuit, sed altero : qui vero libidine repressit, seipso fortior fuit.
44. Qui inimicum prostravit, externum hostem percussit : qui cupiditatem depressit, hostem domesticum superavit. *De Bono pudicit., cap. 5.*
45. Qui cupiditates vincit, de peccato triumphat. *Ibid.*
- DYDIM. ALEX. 46. Vincit sæculum, qui a malo non vincitur. *Super Epist. I Joan., cap. 5.*
- GLOSS. INT. 47. Tunc vincit Christianus, cum perire putatur : tunc perdit presidia, cum se viciisse gratulatur. *Super II ad Cor., cap. xii.*
- GLOSS. ORD. 48. Inanis gloriæ est, velle vincere, ubi præmium non est. *Super Iliad ad Galat. v : Non eficiamur inanis gloria captivi.*
- S. GREGOR. MAGNUS. 49. Sæpe de ipsa victoriæ bellum oritur, ut cum immunda cogitatio vincitur, victoris animus elatione pulsetur. *Lib. 3 Moral., cap. 17, num. 23.*
50. Sine labore certaminis non est palma victoriæ. *Lib. 3 Dialogi, cap. 19, verbo Sine.*

51. Contemptus est obnoxius, omne quod facile superatur. *Oratione 1, ad Nazian.*

52. Præstat recte vinci, quam periculose ac nefarie vincere. *Hab. apud Divum Joannem Damascenum, lib. 2 Parall., cap. 90.*

53. Non tantum glorie est postvictoriæ, quantum ignominie post ruina. *Epist. 4, ad Rustic.*

54. Vincere monitorem suum, pessima victoriæ est. *Epist. 52, de Vita Malchi.*

55. Non debet miles revocari, aut pati formidinem, ubi sequitur palma victoriæ. *Epist. 6, ad Amicum.*

56. Glorioso certamine opus est, ut corona victoriæ deferatur. *Super Psalm. cxviii, vers. : Defecit in sabatere baum, etc.*

57. Adverte a quo vinceris, ut de cætero contra Deum te erigere non prassumas. *Super Job, cap. ii.*

58. Qui spiritualia bella non senserunt, nec victorias habuerunt, nec possunt loqui victorias, nisi sicut cæci, qui syllogizant de coloribus. *Super Prov., cap. 21.*

59. Nobile vincendi genus est patientia : vincit qui patitur : si vis vincere, discere pati. *Super Ierem., cap. 26.*

60. Nihil vilius, quam a carne vinci : nihil gloriosius, quam carnem vincere. *Super Matth., cap. 4.*

61. Impudentissime tibi arrogas gloriam sine victoriæ, aut victoriæ sine pugna. *Super Epist. ad Hebr., cap. 10.*

62. Nullam laborem vel studio proprio victoriæ quis obtinere potest, nisi Domini fuerit auxilium ac protectione suffultus. *Lib. 6, de Cenob. inst., cap. 5.*

63. Victoriæ militis, peremptio est hostis : et peremptio hostis, gloria est imperatoris. *Serm. super Sap. 3 : Justorum anima, etc.*

64. Felicitate vincant, qui post victoriæ vinci non norunt. *Ibid.*

65. Non ubique victoriæ quaerenda est : qui enim lædit, superare læsum videtur, sed perniciosi sibi victoriæ superat. *Prose.*

66. Læsus si magno animo perferat injuriam, quamquam victus videatur, coronam tamen splendendam victoriæ adeptus est.

67. Sæpenumero vinci quam vincere præstantius est et optimus profecto iste victoriæ modus est.

68. Sive quis rapiat, sive percutiat, sive invadeat : qui suffert et non cominus aggreditur, ille pulcherrimus victor est.

69. Ipsa clarissima atque fulgentissima victoriæ est quam injuriam inferentem patienti superasti. *Homil. 85, super. Matth. Oper. perf.*

S. GREGOR. NAZ.

S. HIERON.

S. HILARIUS

HUGOCARD.

JOAN. CASS.

S. JOHANNES CHRYSOST.

- JOAN. BAR. 70. Ex rerum difficultate crescit meritum fidei: et gloriosior est triumphus, quem assiduitatis laborum, et periculorum susceptio, et jugis patientia præcesserunt. Epist. 97.
- JOAN. TRITII. 71. Maxima victoria est, patientia vicisse. In cap. 4, de *Regul. S. Bened.*, verbo *Iine*.
72. Non potest vincere, qui nescit perseverare. Lib. 1, homil. 4, ad *Monachos*.
73. Si vis conarari, vince: si vincere cupis, necesse est ut fortiter ac perseveranter præheris. *Ibid.*, homil. 5.
- S. ISIDORUS PELESIOTA. 74. Præstantius est honeste vinci, quam male vincere. Lib. 2, epist. 252, ad *Petrum*.
- S. JUSTIN. MART. 75. Pertinax in studio victoriae scelus duplicat, et abduci deberet a proposito, vincere, ut est in fabula, Cadmeam victoriam studuit. *Epist. ad Zenonem*.
- LACT. FIRM. 76. Nec victoria locus est, ubi adversarius nullus est. Lib. 6, de *Divinis inst.*, cap. 15.
77. Victoria constare sine certamine non potest. De *opificio Dei*, cap. 20.
- S. LAURENT. JUSTIN. 78. Si coronam cupis reportare victoriae certam, spiritualiter certa: adest in te, qui videat, judicet, et coronet. De *interiori conflictu*, cap. 8.
79. Humiliari se non renuat, quisquis victoriae palam expectat. De *Humilit.*, cap. 40.
- MIN. FELIX. 90. Vici, qui quod conlendit obtinuit. In suo *Octavio*.
- S. PAULINUS. 81. Si malo vincas, victor, victus es: qui cum scelere vicieris, cupiditate superatus es. Epist. 2, ad *Sever.*
- PETR. BLES. 82. Non in pecuniis, nec in multitudine armorum, nec in virtute pugnantium datur victoria Christi militibus, sed in virtute Domini virtutum. Tract. de *Hierosol. peregrina*.
- PETRUS CELL. 83. Tolle pugnam, tolles et victoriam: tolle victoriam, tolles et coronam: tolle coronam, tolles et gloriam. Lib. 7, Epist. 23, ad *Nicolaum monach.*
- S. PETRUS DAMIANUS. 84. In hoc est perfecta victoria, si is cui victoria (Christo donante) tribuitur, a sola Christi pietate vincatur. Lib. 7, Epist. 4, ad *Henric. imperat.*
85. Delicatus est miles, qui ante vult vincere, quam incipit dimicare: qui vult sine pugna victoriam, aut sine victoria anhelat ad palmam. Serm. 17, de *S. Vital. mart.*
86. Mirabilis et stupenda victoria est, ubi vivit qui occiditur: surgit qui deicitur: vincit qui se paratur. Serm. 32, de *S. Apollinare*.
87. Non est sine pugna victoria, non absque victoria, pertingitur ad coronam. Serm. 74, de *Spirituali certam*.
- PHILO JUD. 88. Valida pugna parit victoriam. Lib. de *Amulent*.

89. Saepe vincuntur, qui vincunt. Super II, s. THEODOC, *Reg. quest.* 10.
90. Deum semper sequitur victoria, et ad eo accedit, quibus Deus se ducem præbet. Lib. 4 *Eccles. histor.*, cap. 29.
91. Esto expeditus ad pugnam, si vis habere victoriam: sine labore non tenditur ad requiem, nec sine pugna pervenitur ad victoriam. Lib. 3, de *Imit. Chr.*, cap. 19, sect. 4.
92. Fortissimus triumphus hominis est, vincere quod delectat aggredi, quod terret, sufferre leniter quod graviter dolet. In *Hortulo Rosar.*, cap. 8.
93. Si non potes parva vincere, non poteris graviora superare. *Ibid.*, cap. 15, sect. 2.
94. Non per jactantiam victoriae corona componitur. Homil. 11.
95. Voluntarius militem in conflictu pugnae cito protegit corona victoriae *Ibid.*, Homil. 15, de *Bono Martyr*.
96. Non deest, in quo possis quotidie vincere, si volueris carnis desideria repugnare. *Ibid.*
97. Vince prius desideria carnis et non difficile tibi erit vincere tormenta carnificis. *Ibid.*, homil. 16.
98. Toties in die tolles premium, quoties desideria vinces animorum. *Ibid.*
99. Quot sunt victoriae, tot sunt coronae. *Ibid.*
100. Dum consuescimus minoravincere, majora discimus tolerare. *Ibid.*
101. Necessè est ut ad omnem injuriam corpus inclinet, qui ad locum victoriae pervenire disponit. *Ibid.*, homil. 17.
102. Non deest in quo vincas, si pugnare non desinas. *Ibid.*
103. Injuriae acquiescisse, vicisse est: nam non minimam constat reportare victoriam qui læsus nescit irasci. *Ibid.*
104. Malo vinci cum humilitate, quam vincere cum superbia. Lib. 5, libell. 15, num. 74.
105. Adversarius noster facilis a nihil possidentibus superatur. Lib. 6, libell. 4, num. 23.
- SENTENTIA PAGANORUM.
405 bis. Quem superare potes, interdum vince ferendo. Lib. 1. *Ditich.*, metr. 74.
106. Nil est victoria dulcius, quam triumphus semper gratissimus est, atque jucundissimus. Oratione 10, in *Verem*, libro 5, et 6, num. 65.
107. Vini improbos a bonis, fateror esse præclarum. Oratione 31, pro *Piancio*, num. 83.
108. Facile est vincere non repugnantes. Lib. 1 *Tusc. quest.*
109. Invictus esse potes, si in nullum certamen descendas, quod vincere tui arbitrii non est. In suo *Enchirid.*, cap. 25.

THOMAS I. HERBER.

S. VALENT. EPISCOPI.

IN VII. PATR.

CATO PATER.

CICERO.

EPICURUS.

- SENECA. 410. Nunquam in rerum honestarum certamine superari, turpe est, dummodo arma non proicias, et victus quoque velis vincere. Libro 6, de *Benefic.*, cap. 2.
411. Armis victi, vitilis victus es. Ep. 51.
412. Inhonesta victoria est, suos vincere. De *moribus*.

VICTORIA SUI.

SENTENTIA PATRUM.

- COLLECTOR. 4. Victoria victoriarum, victoria sui. *Prosec.*
2. Victoria sui non in astu, sed in virtute sola consistit.
3. In aliis victoriis, quo plus victor exaltatur, eo magis victus humiliatur: sed in victoria sui, qui vincitur, equalis est in gloria cum victore.
4. Qui se vincit, omnia vincit.
5. Prius, homo, tui victor esto, ut possis esse victor alterius: vince inimicos proprios, ut vincere possis alienos. Serm. 25, de *Quadrage.*
- S. AMEROS. 6. Qui se vincit, contra omnia fortis est: qui enim vincit quod majus est, consequens est quod vincat quod minus est. Parte 4, tit. 3, cap. 7, § 2.
7. Non ab homine vinci potest, qui vitia sua vicerit. De *vera relig.*, cap. 46.
8. Multum lugenda est mens humana, si vincitur a corpore suo. De *Agone christiano*, cap. 19.
9. Victor tui animi esse malis in veris, quam cuiuslibet contradicentis in falsis. Lib. 3, de *Anima et orig.*, cap. 15.
10. Revera fortius pugnat, qui contra se pugnat. Serm. 3, de *Nat.*
11. Ubi major pena, major victoria est. Sermone 45, ad *Fratr. in eremo*.
12. Vis vincere inimicum tuum? attende intrinsicus tuos, ne ibi habeas quod vincere debeas. *Ibid.*, serm. 73.
13. Seipso interius vincant, et de diabolo foris triumphant. Serm. 72, de *Tempore*.
- V. DEBA. 14. Bellator fortis, qui se poterit superare. In suis *Prov.*, verbo *Bellator*.
15. Fortior est qui cupiditates suas, quam qui hostes vincit. *Ibid.*, verbo *Fortior*.
- S. BONAV. 16. Majus est subjugare seipsum, quam vincere totum mundum: quia multi regiones et urbes subjugare poterunt, qui tamen suis corporibus servierunt, et vitia carnis non subjugaverunt. *Prosec.*
17. Accipe Alexandri exemplum, qui omnes reges excessit et generositate nature, et corporis venustate, et animi virtuositate; et cum omnium victor esset, a seipso devictus est. Serm. 2, de *S. Nicolao*.
18. Seipsum perfecte domare, est legitime pugnare. *Prosec.*
19. Magnum certamen, mundum contemnere; Tom. IV.

- majus, diabolo tam forti resistere: sed maximum est, seipsum domando vincere. Unde versus: Crede mihi, est majus virtute domare seipsum. Quam more Saissonis sternere mille viros.
20. Inter omnia charismata sancti Spiritus, quo Christus sorvis suis concessit, præcipuum est vincere seipsum. In suis *Opusc.*, de *vera et perfecta letitia*.
21. Majus est se a se superari, quam ea quæ extra se sunt vincere. Super *Prov.*, cap. 16.
22. Tunc maxima oppugnaris, si te oppugnari nescis. Epist. 1, ad *Heliador*.
23. Difficile factu est gloriam virtute superare, et ab his diligi, quos præcedas. Epist. 9, ad *Salvitanum*.
24. Laudabilis est seipsum vincere, et proprios motus reprimere, quam alium vincere. Super *Luz.*, cap. 6.
25. Durissimum pugna est, propriam vincere carnem. Super *Prolog. Regulæ S. Bened.*, cap. 2.
26. Nobilissimum triumphus sui genus est, vincere seipsum. In cap. 7, *Regul. S. Bened.*, grad. 3, verbo *Inter*.
27. Quandiu potes subijci, non credas te vicisse. De *vita sacerdot.*, cap. 3.
28. Magnum sibi infert violentiam, quisquis carnis propriæ vicierit voluntatem. Epist. 3, ad *quasdam moniales*.
29. Sui cohibitio, gloriosa est. De *ira Dei*, cap. 18.
30. Animum vincere, fortissimi viri est. Lib. 1, de *Divin. inst.*, cap. 9.
31. Ille est animo fortis, qui seipsum vincit. De *casto connub.*, cap. 13.
32. Meliorem perfectioremque victoriam invenire non licet, quam qua vincitur seipsum. De *Agricult.*
33. Nulla esse potest victoria nobilior, quam sibiipsi imperare. Super *Psaln. xxxviii*.
34. Magnum certamen est, seipsum vincere: gloriosus triumphus, cervicem superbiæ flectere. Serm. 7, ad *Novit.*, divis. 2.
35. Quis habet fortius certamen, quam qui nititur vincere seipsum? Lib. 4, de *Imit. Chr.*, cap. 2, sect. 3.
36. Qui melius scit pati, iste est victor sui. *Ibid.*, lib. 2, cap. 3.
37. Multum et diu oportet hinc in seipso certare, antequam discat seipsum plene superare. *Ibid.*, cap. 9, sect. 3.
38. Si temetipsum perfecte vicieris, cætera facilius subjugabis: perfecta victoria est, de semetipso triumphare. *Ibid.*, lib. 3, cap. 53, sect. 2. *Prosec.*
39. Qui enim semetipsum subjectum tenet,

S. FRANCISC. ASSISIENSIS.

GLOSS. INT.

S. HIERON.

HUGOCARD.

JOAN. TRITTE.

LACT. FIRM.

S. LAURENT. JUSTIN.

PHILO JUD.

ROBERTUS BELJAM.

THOMAS A KEMPIS.

ut sensualitas rationi, et ratio in cunctis obediat Deo, hic vere victor est sui, et dominus mundi. *Ibid.*

40. Si vis vincere animæ tuæ nequissimos hostes; fuge, tace, quiesce, ora, jejuna, stude, labora. In *Hortulo Rosar.*, cap. 12, sect. 6.

41. Rara avis perfectio, arduum nimis vincere seipsum. In *Hortulo Rosar.*, cap. 4.

42. Ille vere est Monachus, qui se in omnibus vincit. Lib. 3, num. 87.

SENTENTIE PAGANORUM.

MINUS PUB. 43. Bis vincit, qui se vincit in victoria. In suis *Sent.*, sent. 55.

PLATO. 44. Unicuique adversus seipsum, tanquam hosti adversus hostem est decertandum. Libro 4, de *legibus*.

45. Maxima optimaque victoria est, seipsum vincere: ut vero a seipso superetur, omnium pessimum turpissimumque est. Lib. 1, de *legib.*

SENECA. 46. Nihil adhuc consecutus es, si multæ effugisti, te nondum. Lib. 1, *quæst.* in *præfat.*

47. Nulla est major victoria, quam vitæ domuisse: innumerae sunt, qui urbes, qui populos habere in potestate; paucissimi, qui se. Lib. 3 *quæst.*

48. Fortior est qui cupiditatem vincit, quam qui hostem vincit: quia difficilimum est seipsum vincere. De *Moribus*.

VALERIUS MAXIMUS. 49. Multo seipsum, quam hostem superare, operosius est. Lib. 4 *Dictor. memorabil.*, cap. 1.

VIDERI. Vide APPARERE.

VIDUITAS.

HUGO CARD. *Etymologia.* Vidua dicitur, quasi hidua, id est divisa a viro. Super *Genes.*, cap. 38.

S. ISIDORUS HISPAL. Vidua vocatur, eo quod cum viro uno fuerit, nec circa consortium alterius viri, post mortem primi conjugis adhererit. *Prose.*

Nam quæ alteri post mortem prioris viri nupsit, vidua non dicitur.

Vidua omni dicta est, quod sola sit, nec circa consortium alterius viri conjugalia jura custodiat. Lib. 9, *Etymol.*, cap. 8.

S. THOMAS AQUINAS. Vidua dicitur, quasi a viro idua, id est, divisa. Super 1 ad *Tim.*, cap. 5, lect. 1.

TERTULL. *Differentia.* Virgo et vidua inter se differunt: potior virgo felicitior haberi, at vidua laboriosior: illa quod bonum semper habuit, ista quod sibi invenit: in illa gratia, in ista virtute coronatur. Lib. 1, *ad uxorem de nuptiis*, cap. 8.

SENTENTIE PATRUM.

S. AMBROS. 1. Quid tam decorum, quam ut vidua uxorem defuncto conjugii fidem servet? Lib. 2 *Offic.*, cap. 6.

VIDUITAS.

2. Exemplum viduitatis et virginitalis, magisterium est. In *exhort. ad virginis.*

3. Non inferioris virtutis est eo abstinere conjugio, quod aliquando delectatur, quam conjugii oblectamenta nescire. De *viduis*.

4. Non simplex viduitatis laus est, nisi virtus etiam viduitatis accedat. *Ibid.*

5. Esto vidua temperans, casta primum a viro, ut casta possis esse ab adulterio: nequaquam te illud tentabit, si vina non tentent. *Ibid.*

6. Ipse in viduis frequens processus etatis nutrimen pudoris est. *Ibid.*

7. Viduitas non pro supplicio fugienda est, sed tenenda pro premio. *Ibid.*

8. Satis pie virum suum luget, quæ servat pudorem, non deserit fidem. *Prose.*

9. Non amisit virum, quæ exhibet castitatem: non est viduata conjugio, quæ non mutavit nomen mariti. In *Orat.*, de *Fide Resurr.*

10. Bona viduitatis via est, non tam difficilis ut virginitalis, sed confragosa et aspera cautiore exigit. Lib. 10, epist. 82, ad *vercellens. Eccles.*

11. Omnis vidua continens, si curam suam colat in mundanis, ejus rei cura, illi pro marito est, sive possessiones, sive alias substantias sollicitudine sua amplectatur. De *Virginis.*

12. Si vidua in delectatione carnis hæret atque habitat, vivens mortua est. Epist. 121, ad *Probam*, cap. 3.

13. Ora ut vidua Christi, nondum habens ejus aspectum, cuius precaris auxilium. *Ibid.*, cap. 16.

14. In omnibus spiritualibus deliciis, quibus fruuntur viduæ, sancta earum conversatio cauta debet esse, ne forte cum mala vita non sit per lasciviam, mala sit fama per negligentiam. De *Bono viduit.*, cap. 22.

15. Bonum est pudicitia conjugalis, sed melius bonum est continentia vidualis. *Ibid.*, cap. 5.

16. Multas viduarum revocat a nubendo, non amor præclari propositi, sed aperti delectationis timor. *Prose.*

17. He quas pœnitit professionis, nubere volunt: et ideo non nubunt, quia impune non possunt. De *Sancta virginis.*, cap. 34.

18. Viduæ virginis possunt esse, et pudice non esse, si contaminata voluntate moechantur. Lib. 4, *contra Julian.*, cap. 8.

19. Non omnes viduæ sunt æquales, nec illæ Deo placent, quæ corpore tantum viduæ videntur esse, non opere. De *vita christiana*, cap. 15.

20. Tria sunt viduarum genera: unum quod perfectissimum est, celestique premio destinatum, quod Deo orationibus, et jejuniis deservit; aliud, quod filiorum curam habet et domus, non tamen tanto premio dignum, nec tamen peccatis

VIDUITAS.

VIDUITAS.

obnoxium; tertium est in epulis, et deliciis, quod æternæ morti servatur et poenæ. De *Vita christiana.*, cap. 15.

21. Hæretici Luciferiani viduas, si nupsint, tanquam adulteras damnant: et viduas uri cogunt, quas nubere non permittunt. De *Agone chr.*, cap. 31.

S. BERNARD. 22. Pudet ad negotium honestatis rationem non posse in homine, quod natura possit in voluere. Cernere enim est turtorem tempore suæ viduitatis, sanctæ viduitatis opus strenue atque infatigabiliter exequentem. *Serm.* 59, super *Cant.*

23. Non tibi parvus videatur honor viduitatis, cum cogitas dignitatem, attende et viduitatem: non potes esse regina bona, si bona non fueris vidua. Epist. 289, ad *Reginam Hieros.*

24. Melior est vidua humilis, quam virgo superba; melior vidua cum humilitate, quam virgo cum superbia. *Serm.* 22, ad *Sororem*.

25. Bonæ viduæ sunt, quæ non sunt deliciose, non linguosæ, non curiosæ, non invidiosæ, non superbes: sed jejuniis, elemosynis, et orationibus serviunt Deo. *Homil.* 20.

S. ATHANAS. MAGNUS. 26. Blandas corporis leges non nosse, felicitatis est: notas jam vicisse, virtutis. De *Bono pudicit.*, cap. 2.

S. CYPRIAN. FRANCISCUS TITELM. 27. Hoc exigit perfectissima misericordia, ut pauperularum viduarum, non solum subveniantur necessitati et inopie, verum etiam occurratur femeritadini et verecundiæ. In *Elucid.*, super cap. xxxi, *Job*.

S. FILGENT. 28. In eo quod ex conjugata facta es vidua, donum Dei actum tibi magis existima, non ablatum: neque enim te deseruit, qui tibi sequendam viam vitæ melioris ostendit. *Prose.*

29. Gradibus te voluit Dominus ad meliora conscendere, ut primitus conjugata cum uno viro fideliter viveres, quos postmodum sine difficultate absque viro vidua permaneres.

30. Ad hoc igitur animum tuum divina gratia conjugalit castitate nutritiv, ut quæ didiceras illo uno vivente, alterum non querere, disceres ab omni viro vidua continere: noli ergo negligere gratiam, quæ in te est. Epist. 2, ad *Gallian.*, cap. 7.

S. GELASIVS PAPA. 31. Viduarum et orphanorum causas impensius tueri ab omnibus divina manifestat assertio. In *Decret. Gratiani*, part. 1, dist. 87, can. *Licet*.

S. CRISTIANUS. 32. Vere vidua est, quæ post solemne foedus nuptiarum, morte interveniente a viro suo divisa fuerit. In *Decret.*, part. 1, dist. 34, can. *Presbyteri*, § *Vidua*.

S. GREGORIUS MAGNUS. 33. Magna mansuetudo est pietatis, viduarum corda consolari. Lib. 19 *Moral.*, cap. 14, num. 16.

34. Quanto viduæ bene viventes, virorum sunt

solatio destituta, tanto eis anxius ecclesiastica est impendenda tutela. Lib. 5, in *Registro*, indict. 14, cap. 137, epist. 37, ad *Anthemium*.

35. Vivens vidua moritur, quando cibo corpus nutrit, animam fame interficit. Lib. 4, in 1 *Reg.*, cap. iv, super illud I *Timoth.* v: *Vivens mortua est*.

36. Molesta est viduitas, at illequequam molesta, cui est dilectionis mandatum. *Orat.* 9, in *Funere patris*.

37. Vere viduæ sunt, quas et ætas probat et vita. Epist. 9, ad *Salvianum*.

38. Adolescentula vidua quæ se non potest continere, vel non vult, maritum potius accipiat, quam diabolum. *Ibid.*

39. Non tam laudanda es, si vidua perseveres, quam execranda, si id Christiana non serves, quod per tanta sæcula gentiles feminæ custodiunt. Epist. 10, ad *Furiam*.

40. Vidua quæ marito placere desinit, vere vidua est, nihil habens necessarium, nisi perseverantiam. *Ibid.*

41. Vidua vivens mortua est: vivere quidem videtur ignorantibus, et non esse peccato mortua, sed Christo (quem secreta non fallunt) mortua est. *Ibid.*

42. Nulla vidua nuptias contemptura, timeat egestatem. *Ibid.*

43. Nobilitas, et forma, et ætas, et opes, viduam faciunt cunctis appetibilem. Epist. 11, ad *Gerontianum*.

44. Matrimonium vinculum est, et viduitas solutio. *Ibid.*

45. Omni ratione viduam providendum est, ne castitatis primos excedat limites, quos si excesserit, et verecundiam ruperit matrimonialem, in omnem debacchabitur luxuriam. *Ibid.*

46. Vidua oblatam occasione arripit libertatis, ut sui corporis habeat potestatem, nec rursus ancilla fiat hominis: certe nullo laboriosius est non frui eo quod habes, quam desiderare quod amiseris. *Prose.*

47. Unde et virginitalis in eo facilior, quod carnis incentiva non novit: et viduitas in eo sollicitior est, quod preteritis animo recollit voluptates maxime si se virum putat perdidisse, non præmissis: quorum alterum doloris, alterum gaudii est. *Ibid.*

48. Magni hoc animi signum, et perfectæ virtutis indicium est, renuntiare subito experte voluptati, fugere notas carnis illecebras, et calentis adhuc cœtatis flammæ fidei amore resinguere. Epist. 14, ad *Celantiam*.

S. GREGORIUS NAZ.

S. HIERONYMUS.